VIRGILII MARONIS
GRAMMATICI
OPERA

EDIDIT

IOHANNES HUEMER.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXXXVI.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

PRAEFATIO.

Cum ante hos quattuor annos de Virgilio Marone grammatico fusius agerem [1]), de edendis his operibus nondum cogitavi. Haerebam enim, num hoc grammaticorum infimae aetatis studium tanti ubique aestimaretur quanti equidem haberem. Non deerant tamen qui mecum hac in re facerent; in his erat rei metricae investigator longe praestantissimus, Guilelmus Meyer, qui eodem fere tempore in libello illo satis claro 'Der Ludus de Antichristo' (Monaci 1882) de Virgilio artis rhythmicae doctore multa cum laude tractavit. Cum alii viri docti in una Ang. Mai editione neque integra neque emendata nitentes Virgilii praecepta grammatica eiusque genus dicendi satis tricosum examinarent [2]) et nova editio iterum iterumque desideraretur, amicis adhortantibus non amplius repugnavi, quin ad opera grammatici illius diu multumque neglecti edenda accederem, quamquam me opus plenum periculosae aleae esse subiturum habebam persuasum.

Ad emendanda Virgilii opuscula auxiliis usus sum eis, de quibus in commentatione supra laudata tractavi; accesserunt forte fortuna fragmenta quaedam vel excerpta

---

1) cf. Die Epitomae des Grammatikers Virgilius Maro nach dem Fragmentum Vindobonense 19556. Wien 1882. (Aus dem Jahrgang 1881 der Sitzungsberichte der phil. hist. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften, B. XCIX S. 509 ff.)

2) cf. Paulus Geyer, Beiträge zur Kenntnis des gallischen Lateins (Wölfflins Archiv II 25 ff.).

codicum Virgilianorum. Denique fontes novos alios esse patefacturos confidenter spero.

P Cod. Parisinus latinus 13026 s. IX, olim Corbeiensis[1]) numero 540 notatus (in margine superiore *ex Corbeiensi monasterio* legitur), tunc Sangermanensis n. 1188 membranaceus formae maioris multos latinitatis argenteae quam dicunt cum poetas tum artium scriptores continet, atque f. 1—10 *ars Euticii de verbo* (cf. Keilii Gramm. lat. t. V 477 et 'de grammaticis quibusdam latinis infimae aetat.' p. 5), f. 11ª—40ª Virgilii Maronis epitomas in fine mutilas (desinit in verba . . . *quod mihi videatur satissimum etenim duas partes praepositionem* f. 40ª), f. 40ᵇ fragmentum cuiusdam glossarii incipientis sic: *ango stringo; amita soror matris* etc. — f. 41ª Cruindmeli artem mutilam quaternione undecima recisa (cf. editionem meam p. IV) — f. 54ª *effusum ingenii* (= Prudentii contra Symmach. praef. v. 78 — f. 73ª (FINIT CONTRA SYMM̃); sequitur *Eua columba fuit* . . (= Prud. ditt. 1) et *pius fidelis innocens* (= epilogus) cum subscriptione EXPLICIT LIBER PRVDENTII METRICE ARTIS FELICITER D̄Ō GRATIAS AMEN, deinde *Tytiron ac segetes* (cf. Anth. lat. n. 718 R), f. 76ª INCIP̄ DE PASIONE HYPOLITI BEATISSIMI MARTYRIS (= Prud. Perist. XI), f. 78ª *electio tibi xp̃o locus est* (= Perist. VIII), Aviani fabulae inc. *Dubitandi mihi theodosi* (cf. Froehneri ed. p. 1) — f. 84ª *promeruisse necem* (l. c. p. 49). Avianum excipiunt *prima deonei tollerata* . . (cf. Anth. lat. n. 641 R) et f. 84ᵇ *Est et non cuncti* . . (cf. Anth. lat. n. 645 R) et *ut belli* . . (cf. Anth. lat. n. 392 R); sequitur ANCI MALII SEUERINI BOETHII DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE *carmina qui* — f. 92ᵇ EXPLICIT METRICA ANCII MANILII SEUE-

---

1) Non est praetermittendum in catalogo vetere Corbeiensi sub numero 303 (cf. Becker, catalogi antiqui p. 191) legi *Virgilii Maronis epitoma*, sed hoc libro Aeneida abbreviatam significari mihi certissimum est.

RINI etc., deinde *Perita fandi iam progressum comprimę* (= Mart. Capell. l. IV p. 136E) — f. 100[b] *quino stanto aequore ponti*, f. 101[a] *disparat obtritis que nos i. r.* (= Paulin. de s. Felice) — f. 120[b] *nunc opus adiutore deo solusque timendus*, f. 121[a] *HN ONOMA ΘH KΥPI.* INCIPIUNT EGLOGE DE LIBRIS GRAMMATICORUM DE LITTERA ET SYLLABA ET ACCENTU ET POSITURIS *Disciplina a discendo nomen accepit* — f. 165[b] *primae coniugationis verba*, f. 161[a] *Verbum est pars orationis* (*ars malsachani* in margine superiore alia manu scripta leguntur) — f. 181[b], ubi de alea quaedam leguntur; liber finitur epistola quadam ascetica f. 182 *ẽxpl ẽp.* INCIP *ẽp* IOHANN . . . (ultima verba evanuerunt).

Atque Virgilii epitomae, quae a folio primo quaternionis quintae (numerus in margine superiore depictus est) incipiunt, inscriptionem habent hanc: ARS UIRGILII maronis | MARONIS VIRGILII ORIUNTUR AEPITHOMAE XV. PRIMA DE SAPIENTIA — f. 12[b] *Explicit PRima. incipit* III (sic) *de liteRa* — f. 13[b] *Explici syllabae sunt* .. Capita sequentia, quae sunt de metris, de nomine, de pronomine, de verbo neque inscriptionem neque subscriptionem habent nisi quod f. 33[b] *Explicit de coniunctatione. Incipit de numeris* legitur — f. 36[b] post caput de verbo finitum EXPLICIT VIII — f. 37[a] INCIPIT NONA DE RELIQUIS PARTIBUS ORATIONIS.

Scriptus est codex ab uno eodemque librario, atramento tamen vario. Ex verbis syllabis litteris erasis vel supra infraque lineas positis, denique punctis persaepe litteris appictis correctoris vel correctorum manus cognoscas. Nonnulla enim is qui codicem scripsit emendasse videtur, multo plura alius quidam ad idem exemplar correxit emendando primae manus errores, detergendo archetypi proprietates, quas correcturas omnes diligenter adnotavi. Erroribus tamen multis liber adhuc scatet sive deformitate exemplaris, ex quo hic liber fluxit, sive incuria librarii satis indocti ut videtur. Vocalium *e* et *i*, *ae* et *e*, *i* et *y*, *o* et

u, *a* et *u* permutatio in verborum syllabis primitivis et ultimis sollemnis est, unde quae nasci potuerit et saepe nata sit confusio facile intellegas. *h* modo additur, modo omittitur. permutantur etiam consonantes *u* et *b*, *f* et *ph*, *f* et *p*, *p* et *b*, *d* et *t*, *l* et *r*, *r* et *s*, *r* et *n* aliae, quae permutationum genera, cum ad pronuntiationem illius temporis vulgarem cognoscendam multum valeant, ex adnotatione critica non seclusi. Neque minus ad sermonem vulgarem attinet, quod *m*, *s*, *t* litterae finales in fine verborum modo adduntur superflue, modo omittuntur. Scripturae conpendia cum librarius non intellexisset 14, 24 *tent* pro *tenent* 32, 9 *gene* pro *genere* 28, 7 *supta* pro *sumpta* alia id genus scripsit, verborum distinctiones perturbavit locis permultis ut 43, 12 *acre tenet* 18, 13 *muli lautor nores logii necare nam cessi.* denique spatia inter syllabas verbi eiusdem exstantia (cf. *sapi entia* 23, 3 *inde dicionem* 27, 22) inde explicare licet, quod librarius utpote linguae latinae non satis gnarus de conectendis disiungendisve syllabis in exemplari fine versuum distractis anxius erat.

N Codex Neapolitanus nr. IV A 34 membranaceus in 4⁰ foliorum 289, quorum pars prior (f. 1—91) s. IX (ut Bethmanno obiter inspicienti visum est) vel X (ut G. Meynckio, cui apographum debeo), posterior vero pars paulo post scripta est. Satis accuratam codicis descriptionem Cat. Ianellius in catalogo bibl. lat. vet. et class. manuscr. quae in regio Neapolitano museo Borbonico asservatur p. 26 confecit. Atque pars prior illa quaternionibus I—XI continetur, cum haec recentior novis numeris litteris scilicet A—I pagina recta (f. 92—167) ceteris pagina versa (f. 168—289) scriptis insignita sit. Hae variae scripturae partes variis manibus sunt perscriptae. Liber olim Romae in bibliotheca *dei principi Farnese* asservatus est; s. XII fratris cuiusdam Wigradi fuisse videtur, cuius memoriale ex folio ultimo (289^r) in commentatione supra laudata p. 16 edidi. Liber ab initio mutilatus; incipit enim verbis: *ipsam rem exprimat et a ceteris rebus seiungat* = Pompei

commentum (cf. Keil. Gr. l. p. 137, 17); plurima grammaticorum scripta continet, quae post Ianellium hic enumerare supersedeo.

Virgilii opera f. 187—205 complent. Atque epistolae, quas solus Neopolitanus servavit, foliis prioribus (187^v —205^v) conplectuntur, quamquam post epitomas esse conscriptas ex auctoris ipsius verbis intellegitur[1]), epitomae posterioribus f. 205^r—217^r. Inscribitur epistolis (f. 1 si a Virgilio numerare inceperis) litteris his colore rubro pictis INCIPIT PRAEFATIO MARONIS — subscribuntur haec f. 18 FINIUNT BIS QUATERNE MARONIS EPISTOLAE FELICITER SALTORE[2]) PER SCRIPTAE ///// — sequitur IN NOMINE DEI PATRIS MARONIS VIRGILI ORDIUNTUR EPHITHOME capitibus his divisae et ordinatae: INCIPIT I. DE UARIA RATIONE LATINITATIS — finit primus. INCIPIT SECUNDUS D scenderatione fonorum — finit INCIPIT IIII (sic) DE METRIS — INCIPIT IIII. DE COGNOMINATIONIBUS NOMINUM at. q. VERBORUM — finit. INCIPIT V. DE CATOLOGO (sic) GRAMMATICORUM — EXPLICIT MARONIS *Virgilii. Oriuntur ephitomę.* orationum partes quae sequuntur non numerantur, at inscriptiones habent has: DE LITTERA (teste Maio), De sillabis — De pronomine, DE VERBO,

---

1) cf. epist. IV p. 156, 6. *Propter quod et ego, quia tibi de nomine ac pronomine verboque breviarias expositiones per epistolas intimaverim, inferiores quoque partes brevioribus quidem sed propriis epistolis ecplanabo, praesertim cum e p i t o m i s de IIII partibus unum feci opusculum, quae residuae sunt adverbio scilicet participio coniunctione et praepositione.*

148, 12. *Quod et ego in e p i t o m a r u m opere ita esse sentiendum scribsisse me arbitror.*

149, 18. *Haec de figuris dixisse sufficiat, praesertim cum in e p i t o m a r u m praedicto opere diligentius de figuris quaedam dixerimus.*

169, 14. *Verum quoniam de participio et in hoc et in supra memorato saepe opusculo* (sc. epitomis) *sufficienter edisseruisse me arbitror, oportunum huic epistolae finem dabo.*

2) A SALTORE coniecit Maius p. 95.

DE ADUERBIO, De participio, DE CONIUNCTIONE, DE PRAEPOSITIONE, DE INTERIECTIONE.

Ex subscriptione iterata colligi licet scriptorem vel codicis Neapolitani vel exemplaris ex quo fluxit, capitum ordinem inmutasse ita, ut unam partem octo orationis partes continentem ab altera ad generales res grammaticas pertinente secerneret. De hac re, qua librarius verba auctoris omittere vel mutare nonnunquam coactus est, iam in commentatione memorata p. 28 s. fusius tractavi.

Scriptus est codex manibus variis atque scripturae Casinensi quam dicunt non absimili modo, ut Meynckio quidem visum est. In ea parte, quae Virgilii opera continet, notae marginales duabus manibus confectae exstant, quarum specimina quaedam in adnotatione deprehendes. Quas correcturas hic liber sit passus, ex notis patebit; cum autem quid librario debeatur quid correctori non ubique potuerit discerni, satis habui plerumque correcturas solas indicare. Atque correcti sunt non solum aperti errores librarii ex exemplari non diverso, sed etiam emendatae verborum formae sermonis vulgaris propriae, quae tamen in hoc libro tanto rariores sunt quanto longius distat tempore ab archetypo, ad quod liber ille Parisinus propius accedit. Etiam glossas corrector nonnullis locis adiecit ut p. 42, 9 *divitia* : *causa* 114, 1 *foni* : *voci* 114, 6 *proclivem* : *productum*. Multa in Neapolitano sunt omissa inprimis sub finem epitomarum ita ut librarium longo opere fortasse defessum laborem mutilatis et ad suum usum redactis capitibus sibi minuere voluisse conieceris. At in epistolis, quae principem locum tenent, multo minora omissa esse videntur, quod cum in hoc libro uno serventur, grata Minerva factum esse apparet.

Ad librum Neapolitanum primus et solus Virgilii epistolas integras, epitomas autem decurtatas edidit Ang. Maius, in tomo V. classicorum auctorum p. 1—149. Vir doctissimus cum libro Neapolitano denuo examinato editionem alteram eamque castigatam esset paraturus, morte abrep-

tus est. Pars operis incepti neque absoluti recepta est in appendicem ad opera edita ab A. Maio p. 113—166, qui liber prodiit Romae anno 1871. Codicem in meum usum contulit G. Meyncke; locos quosdam A. Goldmann a me rogatus iterum inspexit.

Folia quinque codicis quondam Salisburgensis (nr. 164) in fragmentum Vindobonense 19556 nunc V sunt redacta, de quibus cum in commentatione saepius memorata fusius tractaverim, agere hic supersedeo. Codex deperditus maximam partem scriptus erat s. IX.

Pretii non minoris est alterum fragmentum, quod in codice miscellaneo Angelico numero V. 3. 22 insig- A nito exstat cum inscriptione f. 31v: INCIPIUNT EPITOME VIRGILII MARONIS. *Latinus a quo latinitas — pro unitate dei alti* (f. 32r). Praecedunt versus cuiusdam doctoris super epigrammata Prosperi, quorum est ultimus: '*sidereum celi cupiunt qui scandere regnum*'; sequitur autem Virgilium *Augustinus de novem musis in libro de doctrina christiana.* Fragmentum perutile, quod Arevalus primus in editione Sedulii p. 425 publici iuris fecit, in meum usum a G. Meynckio exaratum in appendice huius editionis iterum edidi. Codex est s. X (cf. Pertz. Arch. XII 376).

Excerpta ex Virgilii epitomis inter grammaticorum multorum scripta continet codex Montepessulanus 306 s. IX f. 32 s. (cf. cat. gén. des depart. I) cum inscriptione hac: DIFFERENTIAE SERMONUM EX EPITOMIS VIRGILII. *Aliud est dici — quoniam iurabant* (f. 34). Sequitur EX LIBRO CATONIS.[1] *Sunt adverbia localia — id est non sana* (f. 35b). Librum in meum usum contulit M. Bonnet, vir doctus ac liberalis. Excerptum non inutile in appendice publici iuris feci.

Etiam in codice Mediolanensi (bibliothecae Ambrosianae) M 79 s. XI pag. 51r excerptum quoddam ex

1) Edidi hunc tractatum in mea de Virgilio commentatione p. 13 s.

Virgilii epitomis exstat (cf. Montfaucon, bibliotheca bibl. p. 524 et Bethmann, Archiv XII p. 611) inscriptione hac ornatum: HIC SECVNTVR ETHIMOLOGIE VIRGILIVS PRESBITER HISPANVS. *Caelum dicitur quia — piscis sine natatu* (p. 52ᵛ). Sequitur *Isidori ex libro ethimologiarum.* Ex apographo Ad. Cinquini Mediolanensis fragmentum primus in appendice edidi.

Praeter haec mihi uti licuit Excerptis Nanceiensibus, quae A. Collignon ex libro Nanceiensi (olim Boboniensi) n. 356 s. VIII—IX nuper publicavit, cf. *Note sur une grammaire latine manuscrite du VIIIᵉ siècle appartenant à la bibliothèque de Nancy contenant des fragments inédits de Virgilius Maro* (revue de philologie tom. VII p. 13—22). Atque hic liber nonnulla scripta grammatica continet quorum est princeps *Glosa de partibus orationis. Cette grammaire,* inquit editor, *ou Glosa de partibus orationis se compose d'une série d'extraits des anciens grammairiens mis bout à bout et souvent avec peu de suite. Quelquefois l'auteur indique la source où il a puisé; mais beaucoup de passages sont anonymes et nous avons dû en rechercher la provenance en nous aidant surtout des Grammatici de Keil et des Anecdota Helvetica de M. Hagen. Cette collation nous a permis de donner avec la table des matières de la grammaire, les noms des auteurs auxquels des emprunts ont été faits. Il reste cependant un petit nombre de passages dont nous n'avons pas encore pu déterminer l'origine.*

Eodem modo compositus est tractatus de adverbio, qui in codice Leidensi (Voss.) n. 33 s. X f. 76ᵃ—83ᵃ exstat. Cum Lindemannus (Ineditorum latinorum part. I. Zittavae 1832) testimonia ex Virgilio hausta neque cognovisset neque edidisset omnia, librum Vindobonam missum denuo examinavi totumque tractatum descripsi, ut data occasione eum publicarem. Quae ad Virgilium pertinent inter testimonia recepta iam reperies.

Virgilii testimonia ex arte codicis Bernensis 123 s. X ex multis auctoribus collecta in unum congessit Her-

mannus Hagenus in libro illo qui inscribitur Anecdota Helvetica, Grammaticorum latinorum tom. VII p. 189—201 hoc titulo: *Virgilii grammatici excerpta partim inedita.*

Quanta auctoritate Virgilius grammaticus aevo Carolino quod dicimus et postea fuerit, ex grammaticorum illorum temporum praestantissimorum libris colliges. Citaverunt autem nostrum Beda Venerabilis, Petrus, Clemens cogmine Scotus (cuius artem grammaticam ex codice Bambergensi M. V. 18 cognovi[1]), Cruindmelus, anonymus auctor artis Bernensis (cf. Hagen. l. c. p. 62 s.), quibus accedent fortasse alii litteris aevi Carolini in lucem productis.

Codices quos enumeravi omnes ex uno archetypo sermone vulgari scripto fluxisse scripturis similiter depravatis evincitur,

cf. p. 4, 4 *parilla*] *per illa in* P, *perillã* N;
7, 13 *per ceras*] *per ceteras* PN, *preceteras* V;
9, 9 *invulae*] *muulae* V, *mulae* P, *mule* N;
10, 9 *indi mãm assinso* P, *indi mam mas fensu* V;
15, 10 *duum*] *tuum* N, *trium* P;
18, 8 *Alexandrorum*] *alexandri agrorum* N, *alexander agnorum* P;
21, 21 *hele enim*] *elium* P, *eloim* N;
27, 5 *proprii*] *propr*ę (with *i* above) P, *propri* N;
42, 14 *eandam*] *eadem* PN;
43, 12 *ac retinet*] *acre tenet* P, *acretinet* N;
71, 14 *nec gestu*] *nec estu* P, Exc. Nanc.

Atque archetypum illud litteris scotticis scriptum fuerit necesse est, cum *a* et *u*, *c* et *t*, *r* et *s*, *s* et *f*,

1) Eandem artem codex Reginensis 1442 s. XI continet, cf. H. Keil, de grammaticis quibusdam infimae aetatis comm. p. 11. A. Maius cum in folio primo codicis nomen Gainfredi quamquam manu recentiore scriptum legisset, Gainfredum grammaticum, anglicum hominem qui extremo saeculo duodecimo claruit (cf. praef. p. XI), auctorem artis eius esse perperam coniecit.

p et *f* saepe permutatae inveniantur, cf. 13, 25 *cantaum* pro *cantuum* P 50, 11 *questiunculum* P — 107, 18 *atquisierit* N 147, 26 *praesumac* N — 24, 26 *sine* (pro *fine*) *tenus* VN 54, 13 *insinitivi* pro *infinitivi* P — 9, 4 *inprimus* pro *infirmus* N 13, 18 *pona* pro *fona* P 109, 3 *patisfacere* pro *satisfacere* N 139, 22 *pingue* pro *finget* N 140, 22 *faciens* N pro *paciens*.

Praecedit Parisinus ut aetate ita etiam auctoritate Neapolitanum, inter quos medium quendam locum Salisburgensis (nunc Vind.) obtinuisse putandus est, cum conpluribus locis cum P, aliis quibusdam cum N faciat. At libri Parisini praestantia, quam editionis nostrae quaevis fere pagina evincit, non ita est conparata, ut cetera subsidia critica praetermittere possis. Immo ad detegendos errores lingua vulgari natos, quibus Parisinus vel maxime scatet, multum auxilii adtulerunt reliqui. Grammaticorum autem testimonia, quotquot congessi textuique subieci, perraro locis emendandis usui fuerunt (cf. 116, 7; 157, 6). Hauserunt ii quidem ex fontibus non multum depravatis, at omiserunt quae utpote a sermone usitato remota non satis perspexissent aut quae ad illustrandas quaestiones in examen vocatas non-apta vel necessaria essent. Nonnunquam etiam e memoria Virgilii verbis usi esse videntur, ut testimonio investigando frustra des operam. Ex quo genere est illud in Anecdotis Helveticis p. 192, 11 *Utrum habet 'novissimus' conparativum et positivum? Non habet secundum Donatum, secundum Priscianum et Virgilium habet.* Cf. etiam p. 193, 16 *Sed dicit Virgilius: Quando dico 'doceo hominem' vel 'amo hominem', non est accusatio, sed glorificatio et quod verius est, fit verbum 'accuso' id est ago, accusatum ire facit infinitivo futuro, expulsa ire et conversa tum in tivus sic fit accusativus id est activus* cum locis Virgilianis p. 36, 5 et 40, 22. Quae si recte disputata sunt iam intelleges, quantis difficultatibus crisis operum Virgilianorum impediatur fontibus neque uberius neque pure manantibus.

Restat ut de epitomarum ordine, quem in hac editione institui, et de ratione rei orthographicae pauca adferam. Virgilium ter quinas epitomas confecisse verbis auctoris ipsius apparet. Dicit enim p. 121, 8 .. *ego ipse in epitomis ter quinis numero proprium pronomini indixerim opusculum.* Praeterea inscriptio cod. Parisini hunc eundem numerum servavit, cf. p. 1 MARONIS VIRGILII ORIVNTVR AEPITHOMAE XV. Atque priorum capitum ordinem facile ex librorum manuscriptorum inscriptionibus subscriptionibusve constituas ita: I. DE SAPIENTIA (*P, N* in marg.), II. DE LITTERA (cf. subscr. cod. Vind.), III. DE SYLLABA (*V*), IV. DE METRIS (*N*), V. DE NOMINE (*V*). Capitulum autem de catalogo grammaticorum quod in *N* numerum V (fortasse ex XV depravatum) prae se fert, epitomarum opus clausisse cum ex auctoris verbis in fine capitis positis p. 92: *Haec vobis o sodales atque discentes, legum paternarum libris pro cunctorum utilitate atque salute excepta insinuasse sufficiat* tum ex subscriptione codicis Neapolitani: *Explicit Maronis Virgilii* recte colligimus. Epitomas XIV. et XIII., cui auctor ipse hoc nomen inscripsit[1]), ex auctoritate cod. N cum epitoma ultima coniunxi. Quae inter capita priora et posteriora intersunt, cum libri non satis certa tradant, ex coniectura alterum Virgilii opus Donatique[2]) principis grammaticorum artem exempla secutus disposui ita, ut numerum ter quinarum epitomarum complerem.

De re orthographica, qualem instituerem, multum diuque haesitavi, cum neque codices Virgilianos satis certos

---

1) cf. p. 81, 21 *Sed ne quis etiam munusculo se susciperet defraudatum, unum vobis huius rei ponam testimonium, quod meae clausulam dabit epitomae.*

2) Donati ars minor haec habet capita: de nomine, de pronomine, de verbo, de adverbio, de participio, de coniunctione, de praepositione, de interiectione: quibus antecedunt in arte maiore: de voce, de littera, de syllaba, de pedibus, de tonis, de posituris, de partibus orationis, succedunt autem de barbarismo, de soloecismo, de ceteris vitiis, de metaplasmo, de schematibus, de tropis (cf. Keil. Gramm. lat. t. IV).

neque editores auctorum infimae aetatis hac in re sibi constantes vidissem. Nolui tamen differentias orthographicas, quas ad leges pronuntiationis tum temporis vulgaris enucleandas plurimum valere intellegerem, omnino praetermittere et apparatum criticum nimis onerare rebus his levioribus ut multis videbuntur. Itaque in textum recepi lectiones vel maxime inusitatas veritus, ne proprietatibus scripturae detersis studiis grammaticis magis officerem quam proficerem. Atque consonantibus geminatis[1]) multum indulsi libris in his saepe concinentibus, vocalium vero instabilitati non eandem fidem habui, quamquam etiam has ab usu vulgari discrepantes deprehendes. Tali modo me non tam auctoris quam librariorum et Parisini et Neapolitani scribendi rationem descripsisse ipse concedo: quod similiter plerosque auctorum editores et facere et fecisse, quamvis sibi non persuaserint, quis est qui neget? Ceterum orthographiae normae, quas in libris aevi Merovingici et Carolini edendis sequamur, nondum satis exploratae esse mihi quidem videntur.

Denique si editionem A. Mai de Virgilio grammatico multum meriti cum hac nostra contenderis, quot et quanta emendaverim vel emendare voluerim cognosces, quamquam non pauca supersunt, quae emendatoris auxilio indigeant, ut hac editione Virgilii grammatici studium magis incohatum sit quam ad finem perductum. Quae cum ita sint, multos me esse habiturum emendatores, castigatorem nullum animo firmo sperare audeo.

Postremo restat ut gratias agam maximas viris doctis quos libros manuscriptos in meum usum vel exarasse vel

---

1) Vide qualia auctor ipse praeceperit p. 11, 13 *Sciendum sane quod ubicumque vocalem quamlibet in media arte possitam s duplicata secuta fuerit, eandem vocalem corripiemus ut vassa fossa clussit vissit vessit, at si una s vocalis producetur ut gloriosus visus.* — p. 152, 6 *Hac de causa in plerisque literae duplicantur consonantes ut cellum pro celum et vellim pro velim et ollim pro olim.*

a me rogatos inspexisse supra memini, singulares autem ac plurimas Guilelmo de Hartel, ex magistro studiorum meorum fautori benevolentissimo, qui in opere hoc perdifficili me plurimum adiuvit et locis multis iisque perobscuris attulit lucem.

Dabam Vindobonae mense Octobri a. 1886.

Iohannes Huemer.

VIRGILII MARONIS

EPITOMAE.

Siglorum tabula.

P = codex (Sangerm. n. 1188) Parisinus n. 13026.
N = codex Neapolitanus n. 34.
V = fragmentum Vindobonense n. 19556.
A = fragmentum Angelicum n. V. 3. 22.

I. DE SAPIENTIA.

Toto proficit in polo nostrae connumeratio litteraturae, quia non pecuniarum contractus, sed sapientiae quaestus ratiocinamur. sapientia autem ex sapore sic nominatur, quia sicut in corporis fit gustu, ita et in animae motu quidam sapor est, qui artium dulcedinem 5 gustet, qui uerborum sententiarumque uim discernat amara quaeque refutans, suauia uero consectans. amara quidem dicimus quae sectarum contraeunt ueritati, suauia autem quae uniuscuiusque artis ac disciplinae suggerunt rationem. haec sapientia biformis est, aetrea 10 telleaque, hoc est humilis et sublimis: humilis quidem, quae de humanis rebus tractat; sublimis uero quae ea, quae supra hominem sunt, internat ac pandit. nemo sane in hac me carpat pada, quod veluti praeposterato telleam aetreae ordine antetulerim, cum scandentium 15 hic mos sit, ut ab inferioribus incipiant et ad supe-

---

3. *Clementis grammatici excerpta* (*e cod. Bamb.* f. 1.) Ex sapore Virgilio testante sapientia nominatur — corpore gustus sit — gustat — discernit — queque — contrahunt — suavia vero — aetherea id est caelestis. telleaque id est terrena, hoc est humilis et sublimis. humilis — tractat rebus — pandit.

ARS UIRGILII maronis | MARONIS UIRGILII ORIUNTUR AEPITHOMAE XV *P*, IN NOMINE DEI PATRIS MARONIS VIRGILI ORDIUNTUR EPHITOME *N* — PRIMA DE SAPIENTIA *P*, INCIPIT I. DE UARIA RATIONE LATINITATIS *N*, *in margine ad vocem* 'sapientia': unde sapientia nomen accepit ẽ hic. 1 nostre *N* ‖ 3 ratioinamur (o *corr.*) *P* ‖ 5 dulcinem *P* ‖ 6 que] quae *N* ‖ 8 veritate *N* ‖ 9 uniuscuiusque] hoc est humilis et sublimis humilis quidẽ *sequitur in P cf. infra* ‖ 10 suggesserunt *P* ‖ 11 tellaq; *N* ‖ 12 hum**nis (il? *eras.*) *P* ‖ 13 ea quae] aequae *P*, quae eaq; *N* ‖ 14 hac] ac *N* ‖ 15 a&rę *N* ‖ 16 mos] non *N* ‖ ab] *s. l. P.*

riora scalatim perfendiant. unde et conparationum gradus hac moda ponimus, ut primum possitiuum acsi decelsiorem, deinde conparatiuum, exhinc superlatiuum ordiamus. huius itaque sapientiae parilla in homine
5 similitudo demonstratur, qui plastum telleum afflamque habet aetream. haec ergo pars sapientiae, quae humilis est, sublimi seruire debet, sicut et plastum afflae. unde etiam nos, qui filosophiae artibus nimie studemus, quamlibet hisdem quaedam eorum, quae antiquioribus Hebre-
10 orum legibus, quas diuinas autumant, canitus promulgata sunt, controuersari uideantur, non audemus tamen decelsis celsa subicere. hoc ergo nobis omnimodatim accitandum est, ut nostram eloquentiam, nostram solertiam, nostrum studium nostrumque leporem, in illius
15 aetreae legis construmentum ornatumque ministremus. etenim quicumque hancce, quam nos ualde emulem putamus, ita defendunt periciam filosophorum, ut auctoritatem primae Hebreorum minulae huicce quamuis ornatae recentiori sectae postferant, incassum omne suum
20 expendunt audatum. sed hiis praemisis ad ipsius latinitatis, quae minula sapidinis est minima, oratorium transeamus.

Latinitas autem, ut quidam rentur, ex Latino est orta, quasi qui ipsius linguae auctor exstiterit. Latinus

---

24. Latinus a quo latinitas is centenos habuisse fertur annos. hic vir magnus fuit et potens belli regiis temporibus *etc.* *A cf. append.* — *Clementis exc.* (f. 10[a]): a Latino rege, qui ea inte[r]

---

1 et] ei *N* ‖ 2 possitium *P* ‖ 3 decessiorem *P* ‖ conparatium *PN* ‖ 4 ordeam' *N* ‖ parilla in] per illa in *P*, perillã *N*; per illum hominem *Mai* ‖ 5 telleumq; *N* ‖ 6 aetheream *N* ‖ 7 afliae *N* ‖ 8 philosophiae *N* ‖ nimiae *N* ‖ 9 his *N* ‖ antiq;orib; *N* ‖ aebreorum *P* ‖ 10 autumnant *P* ‖ 12 decælsis caelsa *P* ‖ subiecere *PN* ‖ 13 catizandum *N* ‖ solaertiam *N* ‖ 14 nostr̃a *P*, nostram *N* ‖ illis *N* ‖ 15 contrumentum *P* ‖ que] qui *P* ‖ 17 defendunt (f *superscr.*) *P* ‖ filosqp*horum (o *eras.*) *P* ‖ autoritatem *P* ‖ 18 caebreorum *P* ‖ 20 expedunt *P* ‖ his *N* ‖ praetermissis *N* ‖ 21 q̃ue non illa *P*, quem in illa *N*, quamvis in illa *Mai* ‖ oratorem *N* ‖ 22 transeamus] unde orta latinitas *N in mg.* ‖ 23 retur *N* ‖ 24 orta] or *P* ‖ autor *P*

quidem fuit Anneus, quem bis centenarium fuisse ferunt; sed quia hic Beli cuiusdam regis temporibus fuerit et longe ante linguarum retroacta diuissio sit, negare cogimur latinitatem utpute antiquiorem ex ipso Latino usurpauisse uocabulum, sed putius ut Aeneae ac maio- 5 ribus uisum est ex latitudine ipsius linguae constat fuisse diriuatam. denique cum hebream grecamue transedere in latinam linguam uolueris, hanc omnibus modis, loquelis orationibus syllabisque latiorem offendies. haec autem latinitas propter oratorum ornatissimum leporem 10 oratio nuncupatur, unde et partes orationis intellegendae sunt partes latinitatis. at uero qui partes orationum caraxare uolunt, nescio qua auctoritate animantur, nisi forte ut Glengus tractauit, quem Asporius secutus est, orationes pro sermonibus eloquentionibusque acci- 15 piendae sunt, quae in octo partes findi soleant.

Latinitatis autem genera sunt XII, quorum unum usitatum fitur, quo scripturas Latini omnes atramentantur. ut autem duumdecim generum experimentum

---

ceteros auctores recte utebatur. latinitas ut quidam dicunt ab illo nomen accepit, sed alii rationabilius latinitatem ex ipsius linguae latitudine vocabulum sumpsisse ferunt. cum enim ebream grecamve in latinam linguam transferre volueris — invenies. nec minus et hoc intuendum, quod haec latinitas propter — latinitatis. orationes enim pro sermonibus elocutionibusque acipiendae — solent.

9. *Exc. Bern.* (*cf. Hageni Anecd. Helv. p. 190, 16*): Haec autem — eloquentiae leporem — unde partes — sunt de numero partes Latinitatis. orationes pro sermonibus elocutionibusquae — soleant.

---

1 quidam *Mai* ‖ centinarium *P*, cenentarium *N* ‖ 2 belli *N* ‖ 3 divisio *N* ‖ fit *P* ‖ 4 cogem' *N* ‖ utputae *N* ‖ 5 usurpasse *N* ‖ potius *N* ‖ Aenea *N* ‖ 6 latinitatudine *P*, latitudinem *N* ‖ 7 haebream *PN* ‖ transaedere *P*, transsedere *N*, transferre *Mai* ‖ 9 loquęlis *P* ‖ offendies *P* ‖ 10 ordinatissimum *P* ‖ laborem *N* ‖ 11 orationes *N* ‖ 12 partis *N* ‖ 13 cracxare *P* ‖ qui actoritatem *P* ‖ 14 asperiſ̃ *P* ‖ securtus *N* ‖ 15 orationes] *om. N* ‖ eloquentionibusque *PN* (quae) ‖ 16 solent *N* ‖ 18 situr *N*, scitur *Mai* ‖ omnis *N* ‖ atramētatur *P* ‖ XII *N*.

habeas, unius licet nominis monstrabimus exemplo. in usitata enim latinitate *ignis* I. habetur, quia sua omnia ignit natura. II. *quoquihabin*, qui sic declinatur: genitiuo *quoquihabis*, datiuo *quoquihabi*, accusatiuo *quo-* 5 *quihabin* ueru superpossito, uocatiuo *quoquihabin* breve, ablatiuo *quoquihabi*. et pluraliter *quoquihabis* producte, genetiuo *quoquihabium*, datiuo *quoquihabibus*, accusatiuo *quoquihabis*, uocatiuo *quoquihabis*, ablatiuo *quoqui-habibus*. *quoquihabin* dicimus, quod incocta coquendi 10 habeat dicionem. III. *ardon* dicitur, quod ardeat. IIII. *calax calacis*, ex calore. V. *spiridon*, ex spiramine. VI. *rusin*, de rubore. VII. *fragon*, ex fragore flammae. VIII. *fumaton*, de fumo. VIIII. *ustrax* de urendo. X. *uitius*, qui pene mortua membra suo uigore 15 uiuificat. XI. *siluleus*, eo quod de silice siliat, unde et silex non recte dicitur, nisi ex qua scintilla silit. XII. *aeneon*, de Aenea deo, qui in eo habitat, siue a quo elimentis flatus fertur. sic per omnia pene oracula latina haec summa generum supputatur.

---

1 habias *N* ‖ 2 usitate *P* ‖ primo *P* ‖ 3 natur *P* ‖ ·//· quoquihabi·//· *P*, ·//· quo qui habin *N* ‖ declinantur *P* ‖ 4 quoq; habis *N* ‖ datĩ *N* ‖ quõq: habi *P* ‖ accc̃ſ *P*, ac̃ſ *N* ‖ quoquiabin *N*, bin̄ *P* ‖ 5 vero *N* ‖ uoc̄ bin *PN* ‖ 6 abl *PN* ‖ bĩ *P*, bi *N* ‖ quoquihabes *N* (*in*—is *corr.*) ‖ 7 g̃ *P*, gento *N* ‖ quõhabium *N* ‖ d̃ *P*, dativũ *N* ‖ bibus *PN* ‖ acc *P*, accſ *N* ‖ 8 bis *PN* ‖ voc bis *PN* ‖ abl *P* ‖ 9 bibus *PN* ‖ incota *P* ‖ 10 dictionem *P*, dictiones *N* ‖ 11 caloreum *N* ‖ expiramine *N* ‖ 13 flammeae *N* ‖ ǔstrax *N* ‖ 14 vicius *P* ‖ membra mortua *N* ‖ 15 silěseus *N* ‖ sileat *PN* ‖ 16 silet *PN* ‖ 17 de eo *N* ‖ 18 om////nia *P* ‖ 19 ac *N* ‖ subputatur *N* ‖ Explicit PRima · incipit III (*sic*) de liteʀa *P*, finit prim' *N* *sequitur enim de scinderatione fonorum*, *cf. praef.*

II. DE LITERA.

Litera est uelut quaedam legendi natiuitas, unde et eius incrementa infantuli e matris utero prorumpentis aetatibus meum Aeneam aequiperauisse memini. ut enim infans dicitur qui loqui nescit, et paruulus, cum parua gressuum molimina nititur inprimere, et 5 puer quando pubescit, adulescens autem cum proceritate corporis adulescit, iuuenis uero cum iuuentute adulta coiugis armis ceterisque liberalibus studiis dignus fit, at uir cum omnium sensuum consiliorumque uirtutem nanciscitur: ita etiam litera ab ipsis etiam cerae 10 caracteribus usque ad quassorum conpossitionem hosce ordines directat: siquidem infans appellatur, cum arte non sonet, hiis dumtaxat, quae caraxandis per ceras gammulis eisdem indicent, paruula uero est cum syllabarum conglutine paulatim gradiatur, puerula cum 15 pedum mensuris crescat, adulescentula cum poetica

---

Petri grammatici excerpta (cf. Hageni Anecd. Helv. p. 160): Littera — ae matris — aetatibus aequiperantur — qui parva g////////////// olumina nititur habere — adolescens — in iuventute adultat — iam dignus ad — manciscitur virtute — ipsis cerae — casorum compositione hosque ordinis — artem non sonat parvola vel — glutinae — graditur et cum — crescit — per pauca metra — sufflat adiuvencula — quoddam — capescat — virgo cum casorum — doceat.

---

1. Litera] aetas hominis infans q̄r hic parvulus puer adolescens iuvenis vir *N in mg. m. 2* ‖ ouedmi *N* ‖ 2 u///////tro *N corr. m. 2* ‖ prumpementis *P* ‖ 3 aeneaen *P* ‖ æqui paravisse *P* ‖ meum — memini *om. N* ‖ 5 parvam *P* ‖ nitatur *N* ‖ inpremere *PN*[1] ‖ 6 adulescens (ci *supra* s) *P*, aduliscens *N*[1] ‖ procertate *P* ‖ 7 adulis-cit *N*[1] ‖ 8 caeteris *P* ‖ stuchis *N* ‖ 9 sit *P* ‖ que] qui *P* ‖ 10 anciscitur *PN* ‖ 11 cracteribus *P*, carateribus *N* ‖ conposs//tionem *P* ‖ 12 artem *P* ‖ 13 sanet *N*, *fort.* fanet *vel* fonet ‖ his *N* ‖ qui *PV* ‖ craxandiꝛ (x *supra*) *P*, cara//ndis *N*, crassendis *V* ‖ ceras *Mai*, ceteras *PN*; preceteras *V* ‖ 14 gambulis *V* ‖ hisdem *V* ‖ indigent *PVN* ‖ 15 conglutinatione *P* ‖ pallatim *N* ‖ greditur *V* ‖ pueruula *P*, puerumla *N* ‖ 16 adulestula *P*, aduliscentula *N*.

metra per uersuum carminula soffat, at iuuencula cum casuum verborumque quandam intellegentiam capissat, uirgo autem cum quassorum, ut dixi, conpossitionem plenissime perdoceat. et ut aliquid intimatius aperiam,
5 litera mihi uidetur humanae condicionis esse similis: sicut enim homo plasto et affla et quodam caelesti igne consistit, ita et litera suo corpore hoc est figura, arte ac dicione uelut quisdam conpaginibus arctubusque suffunta est animam habens in sensu, spiridonem in
10 superiore contemplatione.

Literarum autem numerus omnibus tritus est; figura quoque palculis patet. de potestate autem, quia magna ex parte legestum est, bigerro sermone clefabo. quaedam quidem uocalium mobiles sunt, quaedam autem
15 stabiles, mobilesque aliquoties fortes nonnumquam proscriptiuae uidentur ut *a o u*; etenim *a* cum in prin-

---

4. *idem p. 160, 24*: et ut aliquid — aperiem — plasto et afflato — littera — figura animam habens in sensu hoc est in potestate spiridonem vero hoc est in superiore contemplatione habere videtur. 11. *Exc. Bern. p. 189, 5*: Vergilius tamen dicit que prima vocales in dyptongon non facit, sed soni amittit, ut ipse dicit: quaedam autem vocalium mobiles (nobiles *cod.*) sunt quaedam stabiles//////// quaedam quotiens fortes non cumque proscriptive — partis — producitur fortis — amori — at cuius — eam su//////// fuerit — habetur ut aemias micenę gannę — erit in his locis — aut cum — diphthongi — ut poena foedus.

---

1 vorsuum *N* ‖ carminola *V* ‖ **ffat *V*, sofflat *Mai*, ‖ ad *N* ‖ uincula *V* ‖ 2 saiũ (ca) *N* ‖ intellegentia *P* ‖ capessat *V*, capiescat *N*, *fort.* capiscat ‖ 3 casorum *V* ‖ conpositionem *V*, conpossicionem *N* ‖ 4 entimatius *P*, entimantius *V* ‖ 6 plausto *N* ‖ caelest* (i) (e *eras.*) *P* ‖ 7 litte *P* ‖ 8 ditione *P*, discioni *PV* ‖ veluit *P* ‖ conpagib; *P*, conpaginibusque *N* ‖ 9 suffunta] *i. e.* suffulta, subfunda *V*, fufunta *N* ‖ anima *N* ‖ spiritionem *V* ‖ 10 superiori *PV* ‖ 11 numerum *N* ‖ 12 palculis *PV*, pǎculis *N*, *fort.* parvulis *legendum* ‖ 13 bigero *N* ‖ defabo *N* ‖ 14 quidem—autem *om. P*, ‖ quedam autem stabilis mobelisque aliquotiens fortis *N* ‖ 15 que] quae *PV* ‖ 16 videnter *P*.

cipio fineue alicuius artis possita fuerit, *e* statim non subsequente maxime cum producatur forciosa erit, ut *ars amor scola*; at enim cum in praedictis locis *e* eam subsecuta fuerit, *a* infirmis habebitur ut *aes Aeneas Micenae gannae*, sic et *o* fortis in isdem locis erit ut 5 *amo os origo sermo*; at cum *e* sequatur diptongi loco ponetur ut *coena foedus goela*. *u* autem aliquoties liquiscit, cum ab alia diciosiore proscribatur, ut *uatis uerax uinum uox*, uel a semet ipsa ut *uultus inuulae*. praeterea literarum ob hoc forciosae sunt, quia solae 10 absque ullius alterius amminiculatione ualent ut *a e o*. *a* enim et *e* recte praepossitiones sunt; *o* quoque aliquoties interiectio, modo autem uocatiuus omnium pronominum, sepe etiam uerbum actiuum licet indeclinabile; dicis etenim *o regem decorosum*, hoc etenim sonat 15 *miror regem decorosum*, unde non recte quidam eam nominatiuo applicare constant dicentes *o rex decorosus*. *c* sane in copulatiuis recte receptanda est, cum opta-

---

3. *Cruindmeli ars metrica p. 8, 15 (ed. Huemer)*: Virgilius tamen Maro in suis dicit epistolis, quod duae vocales in una syllaba diptongi iunctae totum non possunt suum exprimere sonum ut aes Aeneas et rel. 15. *cf. Clementis exc. (f. 7[a])*: item o aliquando interiectio est ut in Terentio legitur 'o scelera sacrilega, o hominem impium', aliquando admirantis interiectio est ut 'o meritum sublime trium quibus illa videre', aliquando pro verbo 'miror' ponitur ut est 'o regem decorosum'.

---

1 non] nosi *N* ‖ 3 ari *N* ‖ 4 inprimus *N* ‖ aenias *V* ‖ 5 mecenae *P*, maec · nae *V*, mecenae (i *suprascr.*) *N* ‖ ganne* (a *suprascr.*) (a *eras.*) *P*, gan gunnae *V*, *fort. i. q.* Cannae ‖ hisdem *N* ‖ fortis est *V*, fortis—at *om.* *P* ‖ 6 semo *N* ‖ deptongi *P*, diptongi⋙ *N* ‖ 7 ponitur *V* ‖ caera *P*, coera *V*, caena *N* ‖ gela (o *suprascr.*) *P*, goelum *N* ‖ aliquotie*s (n *eras.*) *P*, aliquatinus *VN* ‖ 8 ditio sore *N* ‖ 9 uerax (r *corr.*) *N* ‖ ipsa mut *N* ‖ muulae *V*, mulae *P*, mule *N* ‖ 10 fortiose *N* ‖ **ab *P* ‖ 11 absquae *V* ‖ aminiculatione *V*, amminicultione *N* (a *corr.*) ‖ ualent] cupio qod (u *suprascr.*) *N cetera desunt usque* nulla littera ‖ 15 f. hoc etiam—decorosum *V in mg.*; estenim *P* ‖ 17 nomini *PV* ‖ contant *PV*.

tiuum modum negandi aduerbia *non* uel *ne* praecesserint et idem iterato cum *nec* adiectione sequatur, a quo *c* ablata capiti testimonii adiungitur, ut *ne* resedeat secundum illud Galbungi, ubi de Turno quassum
5 facit, *at uero,* inquid, *rex Turnus, ne populum profligaret incassum nec urbem Fidenam perderet, proeliantes pene sedauit animos.* ita soffonitur *at uero sedauit ne profligaret* et iteratione *c sedauit ne perderet nec inclinaret assensum.* de *h* autem hoc dicendum est, quod semper
10 inspirat, nunc ad fortitudinem, nunc ad motationem tantum. nam cum semiuocalem praecesserit *f*, solum sonum pariter motabunt ut *hfascon* et faciunt *f* pro *hf*, si uero mutam *c* uel *t* uel *p*, suum sonum non amittit ut *hcorda htronus hpalanx.* *n* autem si eam *f m p n*
15 secuta fuerit, in *m* sonum uertetur manente figura uel inmutata, si ita libeat, ut si dicas *infecit, inflauit, confudit, inuenit, non ualet, non piget, inpossuit, non manet.* scire et hoc uos in fine huius epitomae hoc est expositionis cupio, quod nulla litera computo careat.
20 nam *a* sepe quincentos, sepe trienta, sepe decim, sepe unum significat. at *b* quinque milia uel duo tantum; *c* centum uel octuagenta; *d* et *f* et *n* et *q* quincentos semper et noncentos efficiunt, *i* et *e* uel quadricentos uel unum tantum faciunt, *m r s u l* mille significant;

---

1 praecesserit *V* ‖ 4 illut *P* ‖ galbunci *V* ‖ cassum *V* ‖ 6 in cap[s]sum *P* ‖ fedenam *V* ‖ perdereç[t] *P*, perderit *V* ‖ praeliantes *V* ‖ 7 amicos *V* ‖ suffonitur *V*, id ẽ supponetur *add. in V* ‖ at— pederet *m. al. V* ‖ 8 *fort.* iterato nec ‖ 9 indi mãm assinso *P*, in dimam mas fensu *V*; *locus perdifficilis, pro* assensum *fortasse* incassum *legendum* ‖ 10 ad] & *P* ‖ & ad *P* ‖ notationem *V* ‖ 11 solam *P* ‖ 12 mutabunt *V* ‖ pro hf] p pro se *PV* ‖ 13 mutũ *V* ‖ 14 hcorda] cofida *V* ‖ hpalax[nc] *P*, hplanx *V* ‖ n] h *V* ‖ 15 secute f. *V* ‖ 17 confodit *P* ‖ 18 nos *V* ‖ aepithomae *P* ‖ 19 expositionẹs[i] *P* ‖ compot∗o *V*, copoto *N* ‖ 20 a *om. P* ‖ quingentus *VN* ‖ triginta *N*, xxx *V* ‖ x *PV* ‖ sepe unum *om. VN* ‖ 21 significant *P* ‖ milia *om. V* ‖ duos *VN* ‖ 22 octoginta *VN* ‖ et] *bis om. V*, d *solum N* ‖ quingentus *V*, -os *N* ‖ 23 nongentos *V*, nonecentus *N* ‖ efficient *PV* ‖ quatuoscentos *N*, cccc *V* ‖ 24 mile *P*.

t, *x* decim et decim milia, *g* omni numero usque ad *x* subiecta est; *h* ab undecim usque ad xxx; *k* centies centena milia supplet; *o* nulli numero negatur siue magnissimo siue minutissimo.

III. DE SYLLABA.

Syllabae sunt glutini literarum, quibus uernale est quod nulla earum absque uocalibus literis stare queat, unde et reginae dicuntur literarum, syllabae monades senas literas transcendere non debent ut *scrobs*, nec duas habere uocales excepto, cum diptongus aut aliquidatio significetur ut *aes faus laus fraus*; disyllabae autem, cum in nomine aut uerbo aut quavis arte forint, duas tantum uocales habebunt exceptis, quae supra diximus. sciendum sane est quod ubicumque uocalem quamlibet in media arte possitam *s* duplicata secuta fuerit, eandem uocalem corripiemus ut *uassa fossa clussit uissit uessit*; at si una *s*, uocalis producetur

13. *Exc. Bern. p. 189, 13:* Sciendum est sane quod — duplicata secuta — fossa · i · scit vessit visset · i · vidit aut si una vocalis producetur — superlativus grand; s duplicatam — sumus ra[mus].

1 t & ix *N* ‖ umero *P* ‖ x] decem g *N* ‖ 2 abduo xi *P* ‖ ſxi *N* ‖ triginta *N* ‖ k] *om.* *N* ‖ cencies *P* ‖ 3 centene *VN* ‖ subpplet k *N*, supplet *om.* *V* ‖ numeri *N* ‖ 4 minuissimo *V*, medissimo *P*, midissimo *N* ‖ Explici *P*, EXPLICIT ·II· *V*, finit *N* ‖ DE SYLLABA *V*, incipit *N* de sillab *in marg.*, *om.* *P* ‖ 5 syllabe *N* ‖ conglutinae *V* ‖ *post* vernale *ras. 6—7 litt. in* *N* ‖ 6 erum *V* ‖ 7 literarum dicuntur *N* ‖ 8 monas *PN* ‖ debeant *V*; condebent *N* ‖ 9 scrups *V*, scrosps *N* ‖ vel *N* ‖ vocalis *N* ‖ depum *P*, diptongos *V* ‖ 10 aliquid ratio *N* ‖ faus] ficcus *N* ‖ fracus *V* ‖ 11 desillabae *PN*[1], dissillabe *V* ‖ verbum *N* ‖ quamvis *N* ‖ 12 forint] fuerint *VN* ‖ habibunt *P*, habunt *N* ‖ quas *V* ‖ 13 supra *P* ‖ 15 eadem *V* ‖ corripimus *V*, corripiens *N* ‖ uossa *P*, ussa *N* ‖ 16 clusit uisit *N* ‖ vocales *V* ‖ producitur *V*.

ut *gloriosus uisus*. omnis superlatiuus gradus *s* dupli-
catam semper habebit ut *altissimus*. sic et *m* dupli-
cata antesitam corripit vocalem ut *summus gammus*,
sin alias, producetur *ut sumus ramus*. una litera quae
5 syllabae opus facit sicut *i* fortis, ita et longa erit ut
a e i o. syllabarum naturas quis facile intellegit, cum
tam sepe motantur, ut a nemine omnino deprehendantur,
quia secundum pedum statum flexibiles sunt? etenim
secundum necessitatem mensurandorum pedum de dua-
10 bus syllabis una efficitur et longa uocatur ut *audi*
uade aula.

De computo autem syllabarum, quia Terrentius
plenissime disputauit, nos breuiter disseremus, ea tantum
quae ipse reliquit subdentes. omnis syllaba compotaris
15 duarum uel trium literarum, dicis enim *al* et ostendis
octocentos et rursus *bpa* et significas trea milia.

Disposueram quidem de syllabis longius sermonem
protrahere, sed quoniam ad metrorum nos persanationem
ordo prouocat scribendi, quibus pedes et syllabae ta-
20 xantur, idcirco commodius puto praemisa de syllabis
quasi quadam praefaciuncula ad metrorum tendere ex-
possitionem.

IV. DE METRIS.

Metrorum quidem conpositio multifaria est; non
enim ad eundem ordinem naturam numerum finemque

---

at—superlativus *om.* *N* ‖ 1 omn*s (i *supra*, e *eras.*) *P* ‖ superlatius *N* ‖ dupliata (c *supra*) *P*, duplicata *VN* ‖ 2 habebunt *V* ‖ semper *om.* *N* ‖ altissimū ut sillabarum *N* *cetera desunt* ‖ 4 rāmus gambus *V* ‖ s*in *V* ‖ producitur *V* ‖ 5 opus s. *V* ‖ 6 o**V* ‖ naturȩs (a *supra*) *N* ‖ intelliget *P* ‖ 7 tam *om.* *V* ‖ mutantur *VN* ‖ an nemini *N* ‖ deprehendentur *N* ‖ 8 peduum *V* ‖ f*lexibilesunt (r *supra*) *P* ‖ 9 necessitate *N* ‖ perdum *N* ‖ 10 vadi *N* ‖ 12 conpoto *N* | 14 relinquit *P* ‖ syllabis compo *P* ‖ 15 os. stendis *N* ‖ 16 rur *P* ‖ octocentos] da *N* ‖ p. pa (1 *supra*) *P* ‖ significaṇs *P*, significat *N* ‖ tria *N* ‖ longuius *P* ‖ 18 *fort.* personationem ‖ disposueram—expossitionem *om.* *N* ‖ IV. DE METRIS *ex N, qui habet post scinderationem* INCIPIT ·////· DE METRIS ‖ 23 compositio *N* ‖ multiphara *P* ‖ 24 natura *N* ‖ que *om.* *N*.

omnia respiciunt, uerumtamen unum nosse debet unusquisque cantatorum, quod metra in quacumque pensatura fona sint. metrum ex meta nomen accepit, cuius pedes sunt dicti uelut quaedam medietates fonorum, quae quoniam necessitate cantandi a poetis disparata 5 sunt in tantum, ut extrema foni parte in alterum translata nullum fonum incolome remaneat, hac causa nullum metrum planum inueniri potest. multas autem metrorum cantilenas propter poetarum rhetorumque uoluntatem eorum sectae declarant. quaedam enim prosa, quaedam 10 liniata, quaedam etiam mederia, nonnulla perquam extensa ponuntur; quorum pauca pro uestra utilitate expossituri sumus. prosa quidem sunt per breuitatem, sicut in Aenea lectum est

Phoebus surgit, caelum scandit, 15
polo claret, cunctis paret.

hii duo uersus octo metra habent, primum enim metrum *Phoebus* est, secundum *surgit* et sic per cetera fona; et ita hii duo collecti sedecim pedibus fulciuntur. omnes autem prosi uersus per spondeum edi solent. hoc autem 20 sciendum est, quod inter omnes pedes dactylus et spondeus principatum habeant. mederiorum uersuum est nec prosos nec liniatos fieri, quod magis pro cantuum modulatu quam rationis respectu consuetum est Varrone canente 25

festa dium sollemnia
pupla per canam conpita,

---

1 omnium *N* ‖ 2 pensaturea *P* ‖ 3 accipit *P* ‖ 5 disperata *P*, dispara *N* ‖ 6 translatra *P* ‖ 7 fonumum *P* ‖ incolume *N* ‖ 8 invenire *N* ‖ multas *iteravit P* ‖ a metro *N* ‖ 9 rebtorum *P* ‖ 10 secta *P* ‖ 12 ulitate (ti *supra*) *P* ‖ 13 per braviæ *P* ‖ 14 sicuti *N* ‖ 15 febus *P* ‖ 17 hi *N* ‖ aduo *P* ‖ vorsus *N* ‖ 18. pona *P* ‖ 19 duo hi *N* ‖ fulcuntur *N* ‖ 20 aedi *P*, edi *N* ‖ 21 dactulus *P*, dactilus *N* (*saepe*) ‖ 22 medoriorum *P* ‖ est vers. *N* ‖ 23 prosus P^1N ‖ liniatus *N* ‖ cantaum *P*, cantum *N* ‖ 24 cosectum *P* ‖ 25 nent *P* ‖ 26 feta *P* ‖ sollempnia *P* ‖ 27 copeta *P*, conpeta *N*.

quorum fistilla modela
poli persultant sidera.

nunc metire per metra: primus uersus est trium metrorum, quorum primum per spondeum et duo sequentia
5 per dactylos ponderantur, ut *festa* I, *dium sol* II, *lemnia* III et sic per IIII uersus pari lance pensatos bis sena repperies metra et pedes II trigenti. at liniati uersus quinque semper metris metiri debent secundum illud Catonis eligantissimi rhetoris

10 *bella consurgunt poli praesentis sub fine,*
precae temnuntur senum suetae doctrinae.
regis dolosi fouent dolosos tyrannos,
dium cultura molos neglecta per annos.

in hiis uersibus primum spondeus et tertium itidem
15 spondeus, reliqua trea dactyli sunt, qui pedes habent LII. perextensi autem uersus ornato quidem sed inrationabili circuitu pene per usque ad XII metra perueniunt secundum Lupi cristiani ita affantis

ueritas uera,
20 *aequitas aequa,*
largitas lauta,
fiditas fida
diurnos dies tranquilla
tenent tempora.

---

1 fystilla *P*, fistula *N* ‖ 2 sydera *P* ‖ *fort.* persultat ‖ 3 mittere *PN* ‖ vorsus *N* ‖ 4 dua *N* ‖ 5 dactiliis *P*, dactilis *N* ‖ festa dium I *N* ‖ sol II *N*, sollempnia *P* ‖ 6 vorsus *N* (*semper*) ‖ parari *P* ‖ pensatus *P*[1]*N* ‖ 7 metr*a (e *eras.*) *P* ‖ II] *om.* *N* ‖ ad *N* ‖ 8 m & rri *P* ‖ debænt *P* ‖ 9 cationis *P* ‖ elegantissime *N* ‖ rentoris *P* ‖ 10 consungunt *P* ‖ 11 precę (a) *P*, pręece *N* ‖ suietae *P* ‖ 12 regis *P*[1]*N* ‖ dolosos f. *P*, dolos (i) f. *N* ‖ 13 molos] *i. e.* multos *quod Maius coni.*, ‖ 14 hiſ *P* ‖ primus *N* ‖ et tertium *om.* *N* ‖ 14 f. itidem spondes ≋ *P*, spondeus *om.* *N* ‖ 15 tria *N* ‖ datuli *P* ‖ 16 exten*si (t *vel* r *eras.*) *P* ‖ innarationabili *P* ‖ 17 per *om.* *N* ‖ metra *om.* *N* ‖ 18 lupih *P*; *an* hcristiani *cf. supra* 10, 14 ‖ 20 aeq:tas *P* ‖ 21 f. laudata fidas *N* ‖ 24 tent *P*.

nam hic uersus, et hoc plus solito, necessaria ut credo uerbi adiectione XIII metra tenet, cuius pedes sunt XXXIII. sunt autem qui adiciunt trifonos et quadrifonos uersus, quibus quidem non est derogandum, quia poetis libertas quaedam suos conponendi uersus a ueteribus nostris permisa est; sed tamen indubitata fides non est hiis adhibenda, quia auctoritate canorum soffatorum nulla suffulti permisum magis sequi quam exemplum uoluerunt. quorum uersus in medio proferemus. Don quidem discentis mei Donati germanus frater, duum uersuum canticum in laude Arcae, regis Archadum, possuit dicens 5 10

Archadius rex terrificus,
laudabilis laude dignissimus.

Gergesusque in commentariis suis, quos de sole luna astris et praecipue caeli arcu septem uienti uoluminibus edidit, quadrifonis persepe usus est uersibus, quorum unum tantum in principio possito exempli et ego gratia utar. dicit enim 15

sol maximus mundi lucifer 20
omnia aëra inlustrat pariter.

horum ordines uersuum, quia non ad certam auctoritatem sed ad uarietates poeticorum cantuum manifestandas possiti sunt, indagari me necesse non est, praesertim cum omnis qui uoluerit eos pensare, facillime ualeat. 25

---

conpossitionibus loquelari more sensum inmotat pariter et pandit. nam *clamo* clamoris simplicis est, *conclamo* simul cum multis; est etiam *acclamo* cum falso aliquem accuso sicut Cicero de Prassio *solis innocens acclamationibus punitus est. reclamo* aliquem exeuntem uo- 5 citans; *inclamo* et *succlamo* murmurandi est; *proclamo* laudandi uel deprecandi exaltatio; *declamo* rhetorizandi; *exclamo* quando pro uiribus uocem eleuo. *salto* gaudium cum quodam membrorum motu praetendens; sed in conpossitione litera motatur ut *exulto* quod est in 10 uoce prolati gaudii; *insulto* inrissionis est iniuriossae; *persulto* cum per aures etiam longe adstantium sonitum penetrare facio; *resulto* cum alte respondeo; *consulto* prudentis consilii dispossitio est. *testor* aliquid confirmans sententia, *contestor* cum quadam auctoritate af- 15 firmans, *protestor* manifeste cauenda denuntians, *obtestor* aliquem ad testimonium uocans, qui sit dignitate uel auctoritate eminens; *detestor* aliquid exsecrandum respuens. *iuro* iuramentum uerum cum quadam iuris iurandi confirmatione testificans, *periuro* iuramentum 20 falsitate polluens, *adiuro* maiorem potentiam obsecrans.

---

2. *Fragm. Mont.* (*cf. app.*): Clamo clamoris — de provi prassio ait — rethorizando — mutatur — inrisitationis iniuriose — penetrare — est dispositio — pertinet appono — insinuendi — superpone autem — propono — alias (?) — iudicans — orandi — excedendi.

---

1 inmutat *N* ‖ 2 pandit *ex*—et *N* ‖ 3 est etiam *om.* *N* ‖ 4 accusso *P* ‖ 4 f. sicut—est *om.* *N* ‖ 5 aliquė.n *P* ‖ *post* vocitans *ras. in P*, *post* aliquem *ras. in N* ‖ 6 proclamo] clamo *P* ‖ 7 deprȩcandi *P* ‖ rehtorizandi *P*, r&horizandi *N* ‖ 8 eclamo (x *supra*) *N* ‖ 9 muto *P* ‖ 10 mutatur *N* ‖ exalto *N* ‖ 11 uoce—gaudii *in ras.* *P* ‖ irrisionis (r_1 *corr.*) *N*, inrisitationis iniurio sue *N* ‖ 12 a*stantium *N* ‖ 13 penitrare *P* ‖ respondeo (r *corr.*) *N* ‖ 13 f. con≡sulto (o_1 *ex* u) prudentes *N* ‖ tesstor *P* ‖ confirman *P* ‖ 15 auctoritatem̦ *P* ‖ 17 qui fit dignitate detestor *N cet. om.* ‖ 18 au͏̊toritate *P* ‖ exaecrandum (ae *ex* a) *N* ‖ 20f. periuro falsitate ipsum puluens *N* ‖ 21 pu[l]luens *P* ‖ maiore* potentia* *N*.

pono simpliciter aliquid statuens, *dispono* aliquid operis inpensioris uel consilii facturus. est etiam *disponere* foederis ineundi, *propono* nonnumquam ad interrogandam pertinet quaestionem, *appono* adiectionis est, *inpono* insuendi est,
5 *superpono* aliquem censum uel laborem ui cuicumque indicens; *praepono* aliquid praeferens, sic et *antepono*. nam *postpono* aliut inferius iudicans; *conpono* ordinandi aut eloquii aut artificii est; *sepono* separandi, *suppono* aliquid subtus inducens, *depono* labefactandi est uel uita
10 excedendi. haec de figuris uelut in transitu dixisse sufficiat.

Personae uerborum sicut et pronominum tres sunt. sed multa uerba sunt, quae per personas deficere dicuntur, siquidem uerbum inuenimus, quod prima caret persona
15 ut *rees reest*, nam *resum* uel *resumus* latinus sermo non profert. sensus autem huius uerbi hic est: *reesse* hoc est in munitione multo tempore resedere Gratiano dicente *Campani multis in arce reerant annis*. quaedam uerba sunt, quae secundam personam non habent ut
20 *soleo solet solemus solent*, licet Sebastius pluralem secundam personam iuduxerit. *solebatis* inquid *o ciues Romani uestris subuenire depresis*.

Nunc de significatione dicturus mei Aeneae praecepti memor esse debeo, qui ait, ad me cum scribere
25 disposuerit, unius subrelictae quaestionis obscuritate deformetur. huius rei ergo memor quaestionem, quae incedit, euentilare debeo. forte enim aliquis inquirat, cur non statim post coniugationem significationem expos-

---

2 consilịị factuṛis (u *supra*) *P* ‖ inpens.—foederis *om.* *N* ‖ 3 ineụndi *om.* *N* ‖ interrogandum *N*[1] ‖ 4 insuendi (e *ex* i) *P* ‖ 5 cesum (n *supra*) *P* ‖ uu *P* (*corr.*), *om.* *N* *etiam* cuicumquẹ ‖ 7 aliud *N* ‖ 8 eloqui *P* ‖ aut—artificii *om.* *N* ‖ sepandi *P* ‖ spupono *P* ‖ 10 excidendi *N* ‖ haec—sufficiat *om.* *N* *sequitur* ‖ 12 ∂E PERSONIS ‖ 13 per *add.* ‖ personis *N* *ex corr.* ‖ sie *P* ‖ 15 ut *om.* *N* ‖ 17 resedere *PN*[1] ‖ 18 campari *N* ‖ multis≡ *N* ‖ 19 n*on *P* ‖ 20—22 licet—depresis *om.* *N* ‖ 22 depræsis *P* ‖ 23—28 De significatione cur non *N* *cet.* *om.* ‖ 28 coniuṇ*tionem (b *eras.*, o, *ex* u) *P* ‖ 28 ff. exposuerim iuxta gratiano *N*.

suerim, cum hic a plerisque possitus sit ordo. sed ego **Gratiano** magistro fretus, cuius in scola decim annos feci, hoc ita statui. hic enim ab eo ordo sepe promouetur. hoc inquam statui, ut a qualitate ad coniugationem, a coniugatione ad numerum, a numero ad figuram, a figura ad personam, a persona ad significationem et ita ad tempora peruenirem. significatio a quibusdam genus nominatur, quam opinionem **Aeneas** fortissime distruit asserens, genus nonnissi nominibus accedere posse. significationes ergo uerborum V sunt, quaedam enim ex eis actiua uocantur, quae agunt ut *Turnum colo*, quaedam neutra, quae nec agere in natura habent, nec pati licet; quaedam eorum subreptiue agere uidantur. sunt autem hoc modo neutra uera ut *ambulo curro*, licet quidam haec uerba per conpossitiones acceptas agere existiment: *uiam perambulo, scribturam percurro.* passiua sunt, quae pati semper habent. dicimus enim *mittor a Romulo.* deponentia sunt, quae cum passiui similitudinem in declinatione habeant, passionem tamen ipsa qualitate deponunt ut *for faris.* communia uero dicuntur, quae et agere et pati sub eadem declinatione habent ut *ueneror regem* et *ueneror a rege.* sunt etiam uerba, quae commixtiuum genus habent; ex parte enim actiua uel neutralia et ex parte deponentia declinantur ut *audeo gaudeo soleo fido, mereor merui, plaudo plausus sum* et reliqua. sunt qui ita sentiunt passiua esse et a neutralibus uenire aestimant ut *gauisus sum.* sed hoc uerum non esse manifeste deprehendimus. nam cum dicimus *ausus sum*, ostendis non passiuum esse sed

---

2 cola *P* ‖ 3 fici *N* ‖ hoc ita *om.* *N* ‖ sep *P* ‖ 3 f. hic—inquam *om.* *N* ‖ 4 qualitate (e *corr.*) *N* ‖ a] a* *P* ‖ a[d] *N* ‖ 9 destruimus (e *ex* i) asserimus genus nonnisi *N* ‖ accidere N^2 ‖ 13 hae pati *P* ‖ subreptiu*e *N* ‖ vide≡n̄t *N* ‖ 14 curo *P* ‖ 15 conpositiones *N* ‖ 16 scrib̄ *N* ‖ 19 similitunem *P* ‖ 20 cūmonia *P* ‖ 23 commixtim *N* ‖ 24 deponentiva *P* ‖ 26 et] quae *N s. l.* ‖ ad *P* ‖ 27 gavis sussum *P* ‖ 27 ff. sed non ÷ verum gavisus sum ostendens deponens *N*.

deponens; non enim *ab aliquo ausus sum*, sed *ego ipse ausus sum* aut agere aut dicere quod libuit. sunt uerba quae multis in controuersiam uenire possent; a nonnullis enim actiua, a plerisque deponentia docentur ut
5 *partio populo praedo* et cetera. huius modi contentionem facillime peritus quisque sedabit, quia utrumque per multifariam latinae linguae condicionem potest inueniri.

Tempora uerborum sicut et saeculi trea sunt: prae-
10 teritum praesens futurum; inde multos mouet, quare cum praeteritum tempus saeculum sit primum, nunc scribtores a praesenti tempore uerbum ordiuntur. ueteres initium declinandi a praeterito perfecto habebant; deinde quia perfectum plusquam et praeteritum inperfectum non adnume-
15 rabant, ad praesens et a praesenti ad futurum scribendo pertendebant. at nos a tempore, quo scribimus, uerbo initium dicamus, quod certissimum est. deinde iuxta morem conpletoriorum retroactim menses et dies supputantium praeteritum sumimus ex inpraetermiso praesenti tempore,
20 ne iterato annumeretur ad futurum transimus. praeteriti quoque temporis, quid sibi uideatur triformis illa diuissio, succinctim explicabo. praeteritum inperfectum

---

16. *cf. Clem. exc.* (*f.* 34[b]): Et hoc sciendum quod Virgilio testante veteres initium declinationis verborum a praeterito plusquamperfecto habebant. nos vero rationabilius a tempore quo scribimus verbo initium damus, quia praeteritum non potest esse nisi quod fuerit praesens.

2—4 verba* (que) nullis (a *eras.*) activa *N* ‖ 4 deponentia (an) (v) *P* ‖ 5 praedico *N* ‖ et c.] *om. N*, *in marg. P add.* de verbo ‖ 6 facilleme *P* ‖ 7 lingguae *P*, *om. N* ‖ invenirẹi *P*, invenire *N* ‖ 9 tri[a] (i *in ras.*) *N* ‖ 10 multis (o) *N* ‖ 11 saeculo *P*, a (*s. l.*) saeculo *N* ‖ sụịṭ *P* ‖ nun *P* ‖ scripturis N^1 ‖ 13 perfecto (u) *P* ‖ 13—15 perfecto—pertendebant *om. N* ‖ 14 nun *P* ‖ 16 uerbo] uer *P* ‖ damus *N*, *fort.* ducamus ‖ 17 conplitoriorum *P*, conpotariorum (v) *N* ‖ 18 actum *N* ‖ 19 inprętermisso *N* ‖ 21 vidẹatur *P* ‖ 22 suṇc cinctim *P*, succinctim (c_1, i_2 *ex corr.*) *N*.

uelut praesenti proximum ob hoc dicitur, quia non certo uel condicto die temporeue sed quasi passim et aliquantis horis actum uel dictum significatur. praeteritum autem perfectum certius ac definitius factum esse monstratur; plusquam idcirco sic dicitur, quia longius et perfectius 5 ostenditur inpletum. quodam ergo ascendentium more de inferioribus ad superiora hoc est de incertis ad certiora peruenimus. ueteres etiam futurum tempus uelut in duas quasdam partes diuidebant ut *uidebo* et *uidero*, quasi aliut sit quod crastino et quod in longo tempore 10 sit euenturum. unde et a plerisque pro futuro secundo tempore promissiuum modum in ussu habebant. nos autem nec futurum secundum tempus nec promissiuum modum recipientes et quod prope et quod longe futurum est, sub unius futuri temporis significatione declinamus. 15 multi etiam tempus futurum obtatiui modi in modum imperatiuum tempore futuro prima dumtaxat persona uertere nituntur ut *audiam*, non ponentes quae obtatiuum modum significent id est *ut utinam ne donec usquequo usquedum quoadusque.* sunt uerba quae de- 20 ficere per tempora ab imperitis putantur, eo quod literarum consequentia in eis non uidetur ostendi ut *offero* et praeterito tempore motatis syllabis *obtuli*, necnon in passiuo uerbo tempore praeterito *oblatus sum.* quod ne forte mireris, dicam tibi, quod sepe accidit, ut et 25 nomina et pronomina literarum ordinem non seruent, cum tamen intellectu eadem esse *noscantur* ut *bonus melior obtimus*, *malus peior pessimus* sic *unus* et *singuli.* eodem modo et alia huiusmodi uerba erunt ut *transfero*

---

2 *post* condicto *ras. 5—6 litt. in N* ‖ ue] u*e *N* ‖ passu≡ *N* ‖ 3 significat* (~ *eras.*) *N* ‖ 4 difinitius *PN* ‖ 5 plusquam aut̃ *N* ‖ 8–14 veteres—recipientes & *om. N* ‖ 11 ạ & *P*; *fort.* etiam plerique ‖ 12 modum *iteratum P* ‖ 15 sub] sed *P* ‖ 16—20 multi—quoadusque *om. N* ‖ 20 dificere *V* ‖ 21 imperis *P* ‖ 21—25 eo quod—mireris *om. N* ‖ 22 ostendẹrẹ (i *superscr.*) *P* ‖ 23 mutatis *V* ‖ optuli *V* ‖ 25 sepe] se *V* ‖ 26 ordine *N* ‖ 27 nuscantur *V* ‖ 28 optimus *VN* ‖ 29 *post* erunt *spatium pl. litt. P* ‖ huiusce *VN*[1].

confero et cetera. sunt praeterea uerba, quae contra ussitatam latinitatem uel adiciuntur syllabis uel deminuuntur. adiciuntur ut *legero ris rit*, *legerimus ritis rint* et hoc indicatiuo modo tempore praesenti ut se-
5 quentia declarant: inperfectum *legerebam*, perfectum *legessi*, plusquamperfectum *legesseram*, futurum *legeram res ret*, imperatiuo *legere legerat legeramus legerite* uel *legeratis legerant;* futurum *legerito legerat* et pluraliter *legeramus legeritote* uel *legeratis legerant* uel *legerunto*.
10 obtatiuo modo *utinam legererem legereres legereret legereremus legereretis legererent*. *legessissem legessisses legessisset*, *legessissemus setis sent*. futurum *legeram legeras rat* sic rite per hunc ordinem declinatur et in passiuo habet tempore praeterito *legestus sum*. minu-
15 untur autem alia ut *semo semis semit* et hoc pro *semino* et praeteritum *sempsi* pro *seminaui* et *semptus sum*. sunt et alia quae declinatione difficillima sunt ut *fio fis fit*, licet secunda persona multis non placeat. inperfectum *fiebam*, perfectum *fui*, plusquam *fueram*,
20 futurum *fiam fies fiet*, imperatiuus *fiat fiamus*, futurum *fito fiat*. obtatiuus modus a multis declinatur *forem res ret*, a nonnullis *fierem* et habet passiuum uerbum *fior firis fitur* et cetera; *fiebar fitus sum*, futurum

---

2 ussitatem *P*, usitatam *VN* ‖ demuntur *P* ‖ 3 legeremus *V* ‖ 5 inper *V* ‖ perfto̅ *V* ‖ 6 leges *V*, legissi *N* ‖ 8 pl' *V*, plur̃≡ *N* ‖ 8 f. legerat et pluſ legeramus legeritote vł legeratis legerant vel legerunto *V* ‖ 9 legerant] *sequitur* fuṭụṛụ̃ legerito (l *in marg.*) *P* ‖ 10 optativo *VN* ‖ lege**rem *V*, lege^re^rem *N*, legerem *P* ‖ legeres *P*, res *VN* ‖ legeret *P*, ret *VN* ‖ 11 legeremus *P*, legere^re^mus *N*, remus *V* ‖ legeretis *P*, retis *V* ‖ rent *V*, rint *N* ‖ legesissem *P*, legississem *N*, legissem *V* ‖ legesisses *P*, legississes *N*, ses *V* ‖ 12 set *VN* ‖ legessessemus *P*, semus *V* ‖ legerum *P* ‖ 13 rat ramus ratis rant *V* ‖ 14 tempore praeterito *om.* *V* ‖ 16 semsi *N* ‖ semenavi *V* ‖ s^e^umptus *N* ‖ 17 et *om.* *N* ‖ &deficillima *P* ‖ sunt *om.* *N* ‖ 19 plusquam] pl' *V* ‖ 21 optativus *VN* ‖ a multis] aut *N* ‖ declinatis *V* ‖ 21 f. foerem res ret *V* ‖ 22 aut^ut^ n. *V* ‖ 23 fieris *V* ‖ futurum *om.* *VN*.

fiar; imperatiuus *fiere* et cetera; infinitiuus *fieri fitum esse* uel *fuisse*; participia *fitus fiendus.* sed hoc uerbum multis incognitum est. est et aliud uerbum satis difficile ut *sum*, quod praeteritum inperfectum non habet nec perfectum nisi plusquam *eram eras erat* 5 et futuro *ero eris erit* et imperatiuo modo tempore futuro *esto sit simus estote sint*, obtatiuo modo *utinam essem esses esset essemus essetis essent*, futurum *utinam sim sis sit*, coniunctiuus *cum sim sis sit*, plusquam *cum essem*, futurum *cum ero*, infinitiuus *esse* uel *fuisse*. 10 ob huius uerbi breuitatem praedictum uerbum *fio* huic quasi ulteriori modo adiungitur, ut quod in alio deest, in alio subpleatur.

VIII. DE RELIQUIS PARTIBUS ORATIONIS.

(8.) De aduerbio.

Edicto de principalibus partibus separatim per singulas partes id est de nomine pronomine et uerbo 15 quam breuissime tractatu, nunc per reliquas orationis padas uelut per cronicen unam tantum epitomam sumus expposituri.

Aduerbium uerbo quasi ex obliquo famulum est, cuius tamen multiformis species est. nam quaedam 20

---

1 inperf̄ *P*, imp̄ *N*, im *V* ‖ fiarae (e *superscr.*) *V* ‖ et cetera *om. N*, cetera *om. V* ‖ infiniti͠ *P* ‖ 2 fut͠ esse *N* ‖ par̄ *P*, part͠ *N* ‖ 4 satis *om. N* ‖ deficele V^1N^1 ‖ 5 plusqpf̄ *N*, plur̃ *V* ‖ 6 impera *V* ‖ 8 esses esset essem P^1 *corr.* ‖ ee͠m ////// sset (*ras.* 5–6 *litt.*) essemus≡ tis sent *N* ‖ essent (i *superscr.*) *V* ‖ 9 coniunc̃ modo *N*, coniuncti*o utinam *V* ‖ plus̃ *P*, plur̃ *V* ‖ 10 fut̃ *PN*, futuro *V* ‖ infinitum *V*, infinit̃ *N* ‖ hic *V*, nunc *N* ‖ 12 ulteriore *N* ‖ EXPLICIT VIII· *PV*, Expt EDICTO *N* ‖ INCIPIT NONA DE RELIQUIS PARTIBUS ORATIONIS *P*, INCIP̄ VIII DE RELIQUIS PARTIB; ORATIONIS *V*, DE ADVERBIO *N* ‖ 14 adiectio *V* ‖ 14 f. separatim idē *V* ‖ 14—18 de—expositturi *om. N* ‖ 16 *fort.* tractato ‖ orationes *V* ‖ 17 velud *V* ‖ cronicem *V* ‖ epithomam *P*, aepithomo *V* ‖ 19 verba *P*, verbi *VN* ‖ 20 multiformes *N* ‖ est] sunt *in ras. N*

locum, quaedam tempus designant. cum dicis *tum*, tempus significat, at cum dicis *tun*, locum ostendit, ut Cato *utrique in Taurum coetus condixere montem, tun pugnauere totum collecti per diem.* sic etiam *con* aduer-
5 bium est pro *illuc* Marcello scribente *ite con arma ponite aerea secrete castris.* et haec coniuncta duo *tuncon* aduerbium similitudinis faciunt pro *tanquam* iuxta illud Lucani *et populus tuncon mare fluctuans consternari fecit terram.* tanquam: sic dici debet sicut superius
10 exposuimus in pronominibus, ne duae simul uocales ab imperitis aestimentur.

Omne aduerbium, quod a nomine nascitur, in quassorum conpositione ueteres nominibus adiungebant sicut Glengus dicebat *uir in acie fortiter pro domo liberis et*
15 *capite pugnat*, non autem *fortiter pugnat*, sed *uir fortiter*. sunt aduerbia quae putantur esse nomina neutralia, sed non sunt ut *longe prope necesse facile deficile*, sed tamen quia *facilis* et *deficilis* sepissime repperiuntur, non mirandum erat, si etiam neutraliter
20 *facile et deficile* inueniretur, nisi Aeneas hoc fieri posse negaret. haec aduerbia fortia sunt, quae neutrali uerbo

---

12. *Exc. Bern. 198, 11 et Leid. f. 76a:* Omne adverbium — cassorum — acie fortiter (*finit B*) g[1]engus — vis — vir fortiter (*L*). 16. *Exc. Bern. 198, 20 et Leid. f. 76b:* Sunt adverbia — dificile (*B semper*, difficile *L*) — invenirentur — eneas (*L*) —

---

2 significa *P* ‖ designat ostendit *N* ‖ 3 cato—montem *om. N* ‖ 4 p⋛d[i]em *N* ‖ 5 et pro illuc ite *N* ‖ ama *P* ‖ 6 aera *P*, a[e]re[a] *N* ‖ serite (i *corr. ex.* e) *N* ‖ hastris *P*, hasti[a]s *N* ‖ et haec] nec *N* ‖ cun *N* ‖ 6—8 duo tuncun in mare *N* ‖ 7 tamquam *P* ‖ 8 tunc con *P* ‖ 9 terram *om. N* ‖ debe[a]t *N* ‖ 9 f. ae. sicut superius exposuimus i. p. *N* ‖ 10 nec duae s. *V* ‖ vocales *i. q.* vocabula ‖ 12 omne—nascitur *om. N* ‖ quassa[o]rum *N* ‖ 13 f. nominibus (i, *corr.*) adiungebant veteres ut vir *N cet. om.* ‖ 20 difficile *N cetera usque* si dicas *om.*

cooperantur ut agat, si tamen ab infinitiuo modo excipiuntur ut si dicas *longe est nos in his ulterius commorari locis.* unde Aeneas *prope erat* inquid *Foebum occassu celeri imos invissere priscos*; Terrentius *necesse est* inquid *Gallos fieri fallaces* et iterum *facile est* 5
uirum uinci uiro uirtutis subito superueniente. sunt aduerbia quae a uerbis passiuis ueniunt, ex participiis scilicet praeteriti temporis ut *certatim strictim dissipatim congregatim*, quae ex *congregato* et *dissipato*, *stricto certato*que ueniunt. sunt aduerbia, quae literis 10
eadem sunt sicut et nomina et uerba ut *falso.* dicimus enim *falso uos;* hic uerbum est primae coniugationis *falso falsas*; et ablatiuo cassu *falso nomine uocati sunt* et aduerbialiter dicimus *falso loqueris.* sunt aduerbia, quorum condicio ab aliis partibus orationis nascitur ut 15
est *mecum tecum secum nobiscum uobiscum. me* enim accusatiuus cassus est, *cum* uero ablatiui est praepositio et faciunt aduerbium simul. sunt alia aduerbia, quae in *o* exeunt, sed accepta *r* litera faciunt ex se nomina ut *docto pasto litterato uastato*, quibus si eandem lite- 20
ram adiuncxerimus nomina esse intelleges ut *doctor pastor litterator uastator.* sunt alia aduerbia, quae et nomina ut *magister*, nominatiuo enim cassu *magister*

---

non
sit ab infinitivo (*B*) — excipiantur (*L*) — est in his (*B*) — commorare (*B*) — Phoebum (*B*) — superveniente.

6. *Exc. Leid. f. 76*ª: Sunt adverbia — veniunt. 10. *ib.* Sunt adverbia quae — falso dicis — verbum hic est — casu — falso loquens. *Exc. Bern. 198, 14:* Sunt adverbia qualitatis: eadem sunt sicut nomina — dicis — casu — loqueris.

---

1 infinivo *P* ‖ 2 ạlterius (u *suprascr.*) *P* ‖ 4 celerimo ſenvisse re *P*, c*eleri movere (vere *in ras.*) se *N* ‖ praecos *P*, *om.* *N* ‖ Terrentius] et *N* ‖ 5 est₁ *s. l.* *N* ‖ gallus *N*¹ ‖ 6 superveniente (r *suprascr.*) *P* ‖ 6 f. sunt adverbia—veniunt *om.* *N* ‖ 10 f. sunt adverbia et noa͂ ////// (*ras. 4—5 litt.*) *N* ‖ 14 adverbium *N* ‖ 17 cassus] *om.* *N* ‖ vero] ero *P*, *om.* *N* ‖ 18 adverbum *P* ‖ 18—22 sunt alia—vastator *om.* *N* ‖ 20 eadem *P* ‖ 22 sunt adverbia *N*.

dicitur, qui sit praecipuus doctor et aduerbialiter *magister* pro *docte* accipitur sicut Lucanus ait *doctores etenim nostri magister omnia faciebant.* sunt etiam aduerbia quae propter metrorum necessitates uel propter ueterem consuetudinem et ut elimatius dicam, propter uitiosam inuentionem aut adduntur ut *fortiositer* pro *fortiter*, *comptose* pro *compte*, aut minuuntur ut *audacter* pro *audaciter*, *felicter* pro *feliciter*. *heri instar fas* nonnulli putant nomina esse inflectibilia, sed nos aduerbia esse non ambigimus. aduerbia congregandi non unius sunt status, aut enim coniungunt et stabilia sunt ut *inuicem sumus* aut controuersia ut *inuicem insurgimus* aut dicessiua ut *abinuicem disiungimur* aut agapeta ut *pro inuicem laboramus.* multi aduerbia de coniunctatiuis faciunt ut *ergo tamen*, ut *ergo* pro *sepe* ponant, *tamen* pro *inde* iuxta illud Virgilii Assiani *ergo legunt sapientes tua scripta o Cato*, hoc est dicere *sepe legunt* et ipse Cato *tamen* inquit *reuersi Romam ueniunt* hoc est *inde reuersi.*

(9.) De participio.

De participio autem, quod pars nominis et uerbi est, de quibus in superioribus ut puto sufficienter effati sumus, nunc breuia dicenda sunt. gerendi uel typici uerba de participiis diriuata fideles quique doctorum ita intellegunt, ut eligendi genitiuum participii uerbi pas-

---

8. *Exc. Bern. 198, 18 et Leid. f. 76*[b]: Heri — inflectabilia — ambigimus. 14. *ib. 199, 11*: Multi — faciunt ut ergo pro saepe — Asiani — sapientes legunt — reversi.

---

1 et] ut *P* ‖ 1 f. doctor et adverbium est sicut *N* ‖ 3 nostri *om. N* ‖ etiam *om. N* ‖ 3 f. adverbia propter m. n. *N* ‖ 4—6 vel— adduntur *om. N* ‖ 5 ut] ait *P* ‖ 6 fortiositer *N* ‖ 7 minuntur *P* ‖ 8 - 14 felicter—laboramus *om. N* ‖ 15 f. ut tamen pro inde ut ergo pro sepe legunt *N* ‖ 18 ipse *om. N* ‖ de participio brevia dicenda sunt *N* ‖ 20 participis *P* ‖ 24 legendi *P*.

siui, temporis futuri; et ita per ordinem totum cassum numero singulari in hanc formam uersum esse definiunt, quod inussitata latinitate diriuatum est. unde et quidam nominatiuo cassu huius participii in eandem formam ussi sunt. praeter hanc enim opinionem nihil 5 seniores nostri de his uerbis sentiendum putarunt. gerendi autem uerba dicuntur, quia opus quod natura non erat suum, ui aliqua gerunt. ob hoc et actiuo uerbo herent. typici autem uerba ideo dicuntur, quia ex praedicto participio typicata sunt. quando ergo gerit, 10 tunc tantum gerendi nomen accipit, typicale autem nomen, siue si gerat siue etiam non gerat, inmobiliter tenebit. ipsa autem participia, quandocumque uerbis fuerint applicata, tamquam uerba sonabunt. nec gestu separabuntur, sed sic gestu utentur conpositiue ut *legens* 15 *eram* pro *legebam* uel *legi* et *legens ero* pro *legam*. multi ueterum duo futura coniungebant uel duo praeterita ut *saluandus ero* siue *saluatus fui*, quod in declinatione uerbi licebit. ceterum sic dicendum: *salvatus sum* siue *saluandus sum*. *sum* enim uerbum 20 mobile, quod participia secum ferunt prout illa fuerint, sic *es est sumus estis sunt*. in reliquis autem tempo-

---

15. *cf. Exc. Nanc. p. 19*: Hic aliquid notatur. Sum verbum praesentis temporis praeteritum indicare, quod Virgilius absolvit dicens: Ipsa participia *sq.* . . . sonabunt nec estu — estentur compositiva ut — legebam legique, legens ero pro — duo futura vel duo praeterita coniungebant ut salvandus ero sive salvatus fui quod in declinatione verbi licebit.

---

1 casum (s *supra*) *P* ‖ 3 difiniunt P^2 ‖ 3—6 unde—putarunt *om.* *N* ‖ 4 casu *PN* ‖ 7 quia] quae *N* ‖ non *ex* nunc *N* ‖ 8 uj* (j *ex corr.*) *N*, vu *P* ‖ ob hoc] hec (e *corr.*) *N* ‖ 9 f. tipici—tipicati *N* ‖ 10 ergo] autem *N* ‖ 12 sive⋯ *N* ‖ 14 fuerit *P*, s⋯rint *N* ‖ gestu] *Hartel*, estu *P*, *fort.* situ *vel* statu ‖ 14 f. nec—aestentur *om.* *N* ‖ sunt conpositiut (*corr.*) *N* ‖ 15 gestu utentur] *Hartel*, aestentur *P*, *fort.* sistentur ‖ 15 f. lenseram pẹro *P* ‖ 16 eor *P* ‖ 19 ceterum *P*, quod *N* ‖ 21 mobile (e *ex* i) *N* ‖ ferunt (un *ex corr.*) *N* ‖ et prout *N* ‖ illa (a *corr.*) *N*.

ribus a suo statu moueri non possunt. est participium, quod Cato in uerbum transferre solebat uerbi scilicet passiui temporis praeteriti ut illud *omnibus fratre patre matre coniuge reliquis necessariis proque carus falera*
5 *factus*, quod tamen non licuisset ei facere, nisi hoc participium totius testimonii sententiam clauderet. nonnulli hoc ignorantes *est* sumunt aliunde, quod sicut eis omnino facere non licet, ita aliis quidem participium transferre in uerbum absque eo quo diximus modo
10 peruersum et indecorosum est.

(10.) De coniunctione.

Nunc de coniunctione aliquanta dicamus. uidentur mihi coniunctiones omnes cuiusdam catenae uel nexui uicem exsequi, quod omnes sententias annectant. tamen nonnullae ex eis separare dicuntur ut *autem* et *uero*
15 *ita dumtaxat*, si in principio dictionis posita fuerint; in mediis autem dictionibus pro copulatiuis habebuntur sicut Aeneas conposuit *cum itaque in theatro conuenissent multique conflictarentur, nonnulli autem sedare populum niterentur, alii uero in certamen populum con-*
20 *citarent, tum sol indigne ferens tantum a ciuibus haberi discordiam subito tenebris medio offusus die in mare uelut munitissimam urbem refugit.* hic enim praeter *itaque* cetera trea fona id est *que autem uero* copulatiua simul sunt ad praeterita. expletiua autem duas ob
25 causas sic uocantur, primum quod sensum dictionis expleant uel quod in metris locum suum obtineant iuxta illud Catonis *uirile quoque certari conpetit agmen.* hic

1 possunt · finit *N cetera desunt* ‖ 6 f. nun nullis P^1 ‖ 11 nunc—dicamus *om.* *N* ‖ 12 nexui^rae^ *N* ‖ 13 a^n^ectant *N* ‖ 15 ita dumtaxat *om.* *N* ‖ 16 habentur *N* ‖ 17 teatro *P* ‖ 17—24 sicut—praeterita *om.* *N* ‖ 18 confle^i^ctarentur *P* ‖ nonnuli *P* ‖ 20 tantum] *fort.* tantam ‖ 23 quae *P* ‖ 24 ad praeterita] petestia *P* ‖ explectiva *P*, expletivae *N* ‖ 25 vocatur *P* ‖ expleat *P*, expleant (exple *in ras.*) *N* ‖ 26 obteneant PN^1.

enim *quoque* praeter metri expletionem nullam causam habet. inter *autem* et *enim* hoc distat, quia *autem* dictionum sensum commotat ac discernit, *enim* conglutinat. inter *uerum* et *uero* duae sunt distantiae: una, quia *uerum* praepositiui ordinis est, *uero* subiunctiui; alia, quia *uerum* causaliter pro *tamen* habetur, *uero* ob expletionem suae tantum stationis accipitur. quamquam in V species coniunctio diuisa sit, tamen in sese commiscuntur, ita ut unaquaeque alterius ratione pro dictionum qualitate utatur. frequenter enim causales pro rationalibus et copulatiuae pro causalibus poni solent, ut pro *enim et* ponatur sicut Cicero *uos uicistis et dii uos iuuerunt*, tamquam *uicistis*, *quia uos iuuerunt*. *quoniam* et *enim* pro *tamen* et *si* ponuntur sicut Donatius praetorius in apologetico sic fatus est *quamquam me accusent*, *quoniam ego auctoritate certa fidens omnium probra tempno* hoc est *tamen omnia tempno*.

---

2. *Cod. Leid. f. 81*[a]*:* Inter autem — enim conglutinat. 4. *Exc. Bern. 200, 18 et Leid. f. 81*[a]: Inter verum — quia verum praepositivi ordinis est v. s. a. (*om. L*) q (*L*) — expletione tam̃ (*L*) — accipitur. *Fragm. Mont.* (*cf. app.*): Inter — ob (*om.*) — accipitur frequenter causales — sicut — iuverunt quoniam pro tamen ponitur ut donativus praetorius sic fatus — certa (*om.*) — temno quoniam — faciat Sulpicio — iurabant. 7. *Exc. Bern. 200, 22 et Leid. f. 81*[a]*:* Quanquam in — disiunctio (*L*) — commiscentur (*L*) — unaquaque (*B*) — rationales (*L*) — vicistis vos — invenerunt (*bis L*) — tamquam si (*L*) — tamen si (*B*) — donatus (*B*) — factus (*B*[1] *L*[1]) — tamen (*om. L*) — Ulcanus (*L*) — inquid (*L*) — vindicabant (*B*) — vivant. *margini B manu Petri Danielis haec adiecta sunt:* in altero vet. cod. sic habetur: donatus praetorius in apologitico sic fatus est quamquam *etc.* — *et*: Vulcianus de imbecillitate Tuscorum: Enim, inquit, multos vivent annos se numquam vindicabunt hoc est si vivant. *cf. etiam ann. Fleckeis. 1869 p. 733.*

---

1 causam (a_2 *ex* u) *N* ‖ 3 enim vero *N* ‖ 5 una⋮ *N* ‖ 7 ob expletionem] expletionis *N* ‖ 8 in_2 (i *corr.*) *N* ‖ se esse *P* ‖ 9 con mix(s) cun(cen)tur *N* ‖ 12 sicut Cicero] ut *N* ‖ 13 iuver(u)int *N* ‖ iuverunt hoc est quia d. v. iuverunt *N* ‖ 14 sicut] ut *N* ‖ 14—16 donatius —ego *om. N* ‖ 15 apoligitico *P* ‖ 16 auctorita *P*.

Lucanus etiam de inbecillitate Tuscorum scribens *enim* inquit *multos uiuant annos, non se umquam vindicabunt* hoc est *si uiuant*. *quoniam* si duo uerba circa se habeat, subiunctum unum priori faciet et sequens antecedet
5 Sulpicio scribente *iurabant, quoniam debellabant;* hic est ordo *ideo debellabant, quoniam iurabant*. *quidem* duas efficientias habet, aut enim anteactis uerbis uel personis paratur aut proponit sententiam uel confirmatiuo uel distructiuo modo et respondetur ei uel re-
10 uincitur a talibus coniunctionibus hoc est *sed tamen autem uerum uero*. *sed* si in medio testimonii fuerit, maxime quod habet aliam coniunctionem in sensu, pro *tamen* accipietur. est etiam *sed* additamenti, cui *non solum, non tantum, non modo* uel anteponentur uel,
15 etiamsi non litera, certe sensu praestruentur sicut Istrius ait: *omnis homo prout ualet, uitat pericula, sed et suae uitae quaerit commoda*. hic enim est sensus *non solum illa uitat, sed etiam ista quaerit*.

(11.) De praepositione.

De praepositione pauca dicenda sunt. omnes enim
20 praepositiones, quae accusatiuo cassui seruiunt, in aliis latinitatis generibus pro inuicem plerumque motantur. legimus enim con Gratianum *naues apud mare nauigabant* hoc est *per mare*, et alibi *demorati aliquandiu*

---

3. *Exc. Bern. 201, 9 et Leid. f. 81*[a]*:* Quoniam cum — hoc est (*B*) — bellabant — iurabant.

---

1 uleanus *P* ‖ inbicillitate *P* ‖ et iterum scribens *N* ‖ 2 vivant (v_2 *ex corr.*) *N sequitur* et ait Iurabant ‖ unusquam *P* ‖ 4 unum] enim *P* ‖ 5 sulpito *P* ‖ debællabant (æ *ex* a) *N* ‖ 6 dellabant *P* ‖ 6 f. quidem—praestruentur *om. N* ‖ 7 efficientes *P* ‖ 8 confirmatio *P* ‖ 15 et sicut *N* ‖ 16 Estrius *PN fort.* Histrius ‖ vale *P* ‖ 17 quomoda *N* ‖ enim *om. N* ‖ 18 sensu] essu *P* ‖ FINIT· INCIP̄ DE P̄POSITIONE *N* ‖ 19 de—sunt *om. N* ‖ 20 cassu *P*, casui *N* ‖ 21 mutantur *N*[1] ‖ 22 eon *P* ‖ 22 f. legimus—demorati *om. N*.

apud Constantinopolin sumus, *apud* pro *in*. *circum* si fuerit praepositio, quod raro tamen euenit, per *m* scribetur, si uero loquelam fecerit, per *n* scribendum est, ne sicut sepe notauimus, duae uocales esse putentur . . . . unde . . . quandam Origines Atheniensis uidisset scriptitantem et legisset illud *circumdata munilibus et ornata uestitibus* subridens *o* inquit *Virgili, quid agis? non te oportuit magis scriptorem fieri quam lectorem; qui enim studet pinguere craxaturam literarum, antequam discat earundem intellegere qualitates, necesse erit eum in singulis errare. tu autem ne scribseris circumdata sed circundata*. *circa* et *erga* duae praepositiones sunt cassus accusatiui, sed hanc diuersitatem habent, quod *circa* ad uisibilem materiam uel locum pertinet, *erga* autem ad animum spectat, maxime cum aliquem propensiorem affectum gerat proximorum. denique et in latinitate filosophica *ergum* affectus dicitur, unde et *ergo* sic dicebantur a priscis, qui in sese cunctorum traherent affectum. *aduersus* de aduersitate dicitur. quidam ostendunt melius scribi *aduersum*, quod mihi uideatur satissimum; etenim duae partes praepositionem . . . . accipit accentum si it pro *contra*. ita et *ante* et *prope* et *pone* et *ultra* praepositiones accusatiui casus inmobiles sunt nec pro aliis aliae iectantur. communes praepositiones, quando accusatiuum cassum habent, mobiles sunt, inmobiles quando ablatiuo adherent.

12. *Exc. Bern. 201, 13 et Leid. f. 82*[a]*:* Circa et erga — in — filosofica (*L*) — si dicebant (*L*) — affectum.

1 constantinopol(i)on *P*, constantinopoli *N* ‖ 2 quadraro *P* ‖ 2—11 circum—errare *om. N* ‖ 4 potenter *P cf. supra p. 68, 10* ‖ *tertia pars versus vacua in P* ‖ 5 *post* unde *spatium 1—2 verbi, fort.* me cum ‖ quandam] *fort.* quondam ‖ originis *P* ‖ 8 oport& (ui) *P* ‖ 11 f. tu ergo *N* ‖ 11 scriberis *P* ‖ circunda *P*, circumdata *N* ‖ 14 visibile *P* ‖ vello cum *P*, vel (lo) cum *N* ‖ 15 f. spectat et affectum *N* ‖ 16 gerat (a *in* i *corr.*) *N* ‖ philosophica *P* ‖ 16—18 denique—affectum *om. N* ‖ 18 pręscis *P* ‖ trahent *P* ‖ 19 ostendum *P* ‖ 19—21 quidam—praepositionem *om. N*; *hic finit P* ‖ 22 si] fi *N ut videtur*.

(12.) De interiectione.

Interiectionum significatio et quia trita est et quia pene superuacua atque incondita a nostris iudicata est, hoc tantum dico, quia *uae* et *eugae* cum significant aduersa, diptongon in clausula sui habebunt, cum 5 autem *ue* tantum distinguit et *euge* laetitiam ostendit, diptongon habere non est necessarium.

(XIII.) DE SCINDERATIONE FONORUM.

Primus Aeneas aput nos fona scindere consuetus erat. quod cum ab eo diligentissime percunctarer, cur hoc faceret, o fili, inquit, ob tres causas fona fin-10 duntur: prima est, ut sagacitatem discentium nostrorum in inquirendis atque inueniendis his, quaeque obscura sunt, adprobemus. secunda est propter decorem aedificationemque eloquentiae. tertia ne mystica quaeque, et quae solis gnaris pandi debent, passim ab infimis 15 ac stultis facile repperiantur, ne secundum antiquum sues gemmas calcent: etenim illi didicerint hanc sectam, non solum magistris nihil agent pietatis, nihil honoris reuerentiaeue inpendent, uerum etiam porcorum more ornatores suos laniabunt. scinderationis autem triplex

---

3. *cf. Clem. exc. f.* 53[b]: Aliae inter coniunctiones et interiectiones ut ve, sed quando coniunctio est non habet diptongon, quando vero interiectio est producitur.

DE INTERIECTIONE *N* ‖ 2 poene *N* ‖ supervacua (a_2 *in ras.*) *N* ‖ 3 significent (a *supra* e) *N* ‖ 4 diptongon (h *supra* p) *N* ‖ 5 distinguit (— it *ex* at) *N* ‖ 6 diphtongon *N* ‖ FINIT *N* ‖ INCIPIT SECUNDUS D'scenderatione fonorum *N cf. praef.* ‖ 9 faceret ait *N* ‖ finditur (un *supra* di) *N* ‖ 10 sagatatate (a_2 *ex* e; i *supra*) *N* ‖ 11 quaeque] quoq: *N* ‖ 12 s̄c̄dae *N* ‖ 15 facile ‖ antiquum (v *supra*) *fort.* canticum ‖ 16 etenim] si *add. Mai* ‖ dedicerint *N* ‖ 17 magris *N* ‖ 18 reverentiā *N corr. Mai* ‖ 19 laniabant *N*.

effectus est. primus quo uersus scindimus Catone dicente *mare oceanum classes quod longae sepe turbatur simul nauigant.* hoc enim dicere debuit: *mare oceanum sepe turbatur, classes quod longae simul nauigant.* secundus quo ipsa scindimus fona uel syllabas sicut 5 Lucanus edidit ·*ge· ues· ro· trum· quando· tum· a· fec· om· ni· libet· aeuo·* et sic soluitur *quandolibet uestrum gero omni aeuo affectum.* tertium genus, quo literas scindimus. scinderatio autem literarum superflua est; sed tamen a glifis sensuque subtilibus recipitur. unde 10 et fona breuia scindi magis commodum est quam longa. Cicero dicit RRR· SS· PP· MM· NT· EE· OO· A· V· I·, quod sic soluendum est *spes Romanorum perit.* Virgilius quoque Assianus GGGG· L· B· FF· RR· S· NNN· TT· E· AE· I· VVV· EE·; quod sic soluitur *glebae gignunt, fruges ferunt.* Emilius 15 quoque rhetor eleganter ait SSS· SSS· SSS· SS· PP· NNNN· GGGG· RR· MM· CT· TD· CC· CC· CC· CC· CC· CC· CC· III· II· VVVV· VVVV· EE· AE· EEEE· EE· cuius haec soluitio *sapiens sapientiae sanguinem sugens sanguissuga uenarum factae uocandus est.* Galbungus quoque in laudibus indefunctorum 20 longas lineas texens, in prooemio suo talia factus est, Fausti PPPP· PPP· RRR· RRR· LM· SSS· NN· TTT· C· IIII· AAAAA· O· EEE· EEE· quod taliter soluitur: *primae partis procerae partes pleni pupis erant.* porro multi sunt qui instar notariorum dissimili quidem scriptura partes latinitatis 25 uel singulis uel binis literis adnotare solent. ut Virgilius Troianus ad Auiceanum regalem arcanum: *tibi si liberali omnem fertilitatem in agris, prolitatem in filiis, mulitatem in coniugibus, benedictionem in pecoribus per deos o.* unam posuit literam pro toto actiuo 30 uerbo, quod in *o* terminatur, id est *opto.* et Cicero

1 æffectus *N* ‖ scindemus *N* ‖ 3 debuit] duit *N corr. Mai* ‖ 4 clases *N* ‖ navigent *N* ‖ 6 quanto *N* ‖ 8 tertius *N* ‖ quod *N* ‖ 9 commodia *N corr. Mai* ‖ 14 Asianus GGG *N* ‖ 16 *litterarum numerum emendare hic nolui;* cc *i. q.* cc ‖ 18 f. *in marg.* sapiens adsimulatur sanguis sugę ‖ 21 longuas *N* ‖ texiens *N* ‖ sus *N* ‖ factus] *i. q.* fatus ‖ 22 PPPP, RRRR *N* ‖ TT *N* ‖ OOO *N* ‖ 23 procere *N* ‖ 27 troeanus *N* ‖ regali arcan *N* ‖ 28 *fort.* sic ‖ 30 p toto *N*, pro t. *corr. Mai.*

de sole *magnum* inquit *luminare, quod totum circuit polum sol ·ur·,* hoc posuit ⟨pro⟩ *nominatur.* multi praeterea ad hoc scindunt fona, ut ea per syllabas in quasdam artes conponere ac dirigere nitantur. ut Lucius
5 de nomine, *nomen* inquit *in modos scindamus latinos* ut *mon,* quod est signum grecum, *nomo mone enne* et *ar.*

Scire debemus quod multa artium omnium fona latina filosophica motauerit ratio; sicut in uerbis inuenimus uel adiectionem superfluam uel diminutionem
10 corruptibilem: adiectionem cum *rogauissem* uel *rogauisse* pro *rogassem* et *rogasse* adiecta media syllaba repperiamus inscribi, diminutionem cum media itidem syllaba detracta scribatur *rogarunt* pro *rogauerunt* sic *rogarant* pro *rogauerant* et *rogarit* pro *rogauerit.* solent
15 etiam rhetores mensurandorum pedum temporumque gratia aliquas syllabas in modis addere, ut illud est: *rii uoluimus ionicum nauigabere pontum,* hoc posuit pro *nauigare.* idem alibi *flamma aurum accensi probabat camini,* pro *probat.* consuerunt etiam nomina uel pro-
20 nomina aliis literis longe alio quam debuit legere modo, ut *bonum* quod esset *buonum,* et *ago* pro *ego,* quae in multis inuenimus. multi huic pronomini aliud nomen, quod literis magis sit proximum, indere uoluerunt: *mius mei mihi,* hoc pro *ego.* per uarias latinitatum
25 multifariasque differentias quis ambire potuerit, cum tam multae sint, ut nequeant numerari?

Omnes partes orationis scindi solent: nomina, ut ubi sit *regnum,* ponatur *germen* Lucano dicente *germen Romanorum rectum est* hoc est *regnum.* pro-
30 nomina quoque scinduntur ut *si* pro *is* secundum illud Alexandri *saluus sit, si qui contulit* hoc est *is qui contulit.* uerba quoque scindimus ut *nodo* pro *dono* et *gelo*

---

3 sciendum *N* ‖ 5 latinus *N* ‖ 6 ar] *N fort. ex* c͠tr ‖ 15 rehtores *N* ‖ pedẽm *N* | que] quae *N* ‖ 17 rii volvimus *N*, M. Volumnii *corr. Mai* ‖ 18 proba at *N* ‖ 20 longa aliquam *N* ‖ 21 buonum] bonum *N corr. Mai* ‖ 22 pronomiue *N* ‖ 25 deferentias *N* ‖ ambire] anuere *N* ‖ 26 numeri *N* ‖ 30 scindantur *N* ‖ 32 dono] do.

pro *lego*. aduerbia quoque secundum Hilarium *locutus summus rhei*, pro *heri*. participia quoque scindebant necessitate cogente, sicut dicit Cicero *sapientiam manas in actus exerit* pro *amans*. coniugationes quoque scinduntur secundum illud Ciceronis *quasiunt* 5 *uiues uita odibili*, *quasiunt* pro *quatiunt*. scinduntur etiam praepositiones Terrentio dicente *quidque faciemus abs te* hoc est dicere *absque te quid faciemus*. item *nesi Deo in hac uiuitur colonia* et hoc est *sine*. scinduntur etiam interiectiones ut *tata* pro *atat*. 10

Sciat unusquisque scindentium peritorum, hoc inprimis curare se debere, ut quaecumque sic scindat, soluitio probet quomodo scindat: non enim recte soluitur a quoquam post quod non recte praeponitur. tum unde greca uel hebrea nomina uerbaue scindere debet 15 praesumat, quia hoc in neutra lingua habetur. Cicero solebat sic scindere fona, ut foni medium in primo, et medium aliud in secundo poneret uersu iuxta illud *in que cuncti manebant simul collecti ·do· iura ineuntes foedera munientes ·mo·* hoc est *in domo*. motabat aliquando 20 sua consuetudine, ut non in clausulis tantum, sed in mediis uel primis sepe uersibus scissa insereret fona secundum illud *hostes proponunt, o ciues, ·da· dextras, uestro uersa iuri ·re· uoce, gubernanti fato* hoc est *dare*. rursumque *·sur· sol succurrere clara fulgens luce ·ge· gau-* 25 *dium ciuili pro portantibus salute* hoc est *surge sol*. hoc in dissyllabis Cicero faciebat. item in trissyllabis *debeo ciuibus meam rem communibus ·fac·, nec auaritiam secter in propriis ·ce· malam, neu rapinam agam in externis ·re·*, hic findit *facere*. et iterum *omne uisum* 30 *ab homine ·cu· delectabile natura sugante ·pi· ipsi indita, ex quo non potest ·ter· cupidine carere*, hic findit

---

1 Helarium *N* || 2 rhei] reęi *N* || 4 manas (a, *ex* e) *N* || eaerit *N* || 6 vivere *Mai*, *fort.* vires || quatinunt *N* || 8 *in marg.* abste pro absque te *N* || quid] quit *N* || 10 attat *N* || 13 solvit *N* || 15 f. De ratione ad fona scindenda *in marg.* *N* || 18 &poneret *N* || 19 ineuentes *N* || 21 Ur in · em clausuli stantes *N corr.* *Mai* || 22 scisa *N* || 23 ostes *N* || occives *N* || 32 qui *N* || ter] tur *N*.

cupiter. item persectam prosam sic fecit *·lau· contemptus pecuniae ·da· in omni molimine ·bi· per amorem philosophiae ·lis· menti fiet perite* hoc est *laudabilis.*

Terrentius motato more syllabam ex hoc uersu
5 trahens et ex illo aliam uel commotabat uel minuebat atque addebat secundum illud *tempora ·quae ·ra· prae· suum suo sub iure finem finitum sibi ·runt· mundi compage statuta* hoc est *quaerunt tempora praefinitum finem.* item *fortis ensem Aeneas forte portabat in ·nu·*
10 *pelta fidens ·ma· tuta tela festim uincebat* quod sic est *ensem in manu portabat.* Varro quoque literas X uersus motare uisus est per denos secundum illud *utinam, o uiri, dolorem pro uestris ·P· sicut pro suo genetrix gnato sustinet ·A·! quis enim forti non dolet*
15 *amico ·T·, cum eum in multis uideat iniuste torqueri ·E·? cur ergo ne uos quidem hoc iusto uiuitis affectu ·R·, uestris ut pro uestram cito hauriatis zazam ·E· redimendis, quos iniqua proripuerat praeda ·M· iniquorum ditioni, plebi superbitanti? ·I· noli itaque uestris par-*
20 *cere diuitiis ·N·, cum sit magis cunctis bonus opibus amicus ·I·'* hic primum dictionis uerbum PATEREMINI scissum est. non ergo nouum putemus esse morem scindendi fona, cum antiquitus solitus sit fieri, quod his compertum esse poterit, qui scolas Italicas totas
25 Affricanasque, immo in quacumque poli parte positas latinas perlustrent: a quibus solet etiam aliud scindendi genus adsumi, ut ex duobus fonis quae coniungi debeant, assumpta ex utroque syllaba prima unum faciatur fonum, sicuti cum *ordinem* ac *fidem* uolumus
30 edocere, *orfi* succincte nominatur. item cum *uitam* ac

---

1 persectam persam *N, cf. W. Meyer, Ludus de Antichr. p. 76* ‖ 2 omnib; *N* ‖ 6 tempore *N* ‖ 7 sibi rĕnt *N* ‖ 10 festim] vertim *N*, *an* verteus? ‖ 14 sustenit *N* ‖ forti] porte *N corr. Mai* ‖ delet *N corr. Mai* ‖ 17 aurietis *N corr. Mai* ‖ gazam *Mai* ‖ redimendis *corr. Mai* ‖ 19 superventati *N*, superbae datos *Mai* ‖ 20 divitis *N* ‖ 22 pᵛotemus *N* ‖ 22 f. more scindi fonam *corr. Mai* ‖ 24 scalas *N* ‖ 26 solent *N* ‖ 30 orfi succincte *scripsi*, orfessu cante *N*, Orphei cantus *Mai*.

disciplinam quis exponat, *uidis* potissimum edicitur. sicut senex Donatus intulit *uidi muesam*, *quis capiat?* solent enim integro nomini aliam ex alio syllabam supplementi gratia superaddere, ut est *suaptum; su* enim ex suauitate susceptum est. 5

Multa praeterea sunt genera scindendi, quae sparsim in suis libris doctores prodidere: nullus tamen eorum, ut opinor, expositionis huiusce ad me usque edidit opus. uos igitur hoc facite quod Aeneas Vestrae fecerat, gratutum gratiarum agens agendarum suae coniugi 10 cantilicum, quae sibi ex ropha et scephora oleo admixto pene mortalibus inusitatum fer confecerat, dicens: mea uxor, meae diuitiae, mea gloria, mea gratia, meum spiramen, quas tibi grates rependam, quae mihi epulum facere commentata es, quo ne ipsi quidem 15 reges utuntur Romani? si ergo pro uilibus grates refert poeta oleribus, quas nostris pro tam dulcibus sapientiae dapibus grates conuenit rependere doctoribus?

Sunt alia scindendi iura, quae tamen quia trita 20 sunt, silentio uellim praeterire. sed ne quis etiam munusculo se susciperet defraudatum, unum uobis huius rei ponam testimonium, quod meae clausulam dabit epitomae. de hyperbato sumamus exemplum, quod dictis multiformes uariasque aliarum sententiolarum in 25 eadem sententia interceptiones solet apponere: quod uitium peruersum quidem ordinem, pene tamen inmutabilem per omnes textus lectionum inolescit auctoritatem. ex quibus est illud Aeneae Mithridati belli historiam, immo tragoediam, lacrimabiliter enarrantis 30

1 ludis *N*, ludus *Mai* ‖ 2 muesam] e *ex* i *N*; *error inesse videtur* ‖ 3 nomine *N corr. Mai* ‖ aliam &alio *N* ‖ 4 suplimenti *N* ‖ 9 Aeneas] emeus *N*, *iam Mai de* Aenea *cogitaverat* ‖ 10 gratiarum] gratum *N corr. Mai* ‖ coniugii *N* ‖ 11 cantilitum *N* ‖ am x to *N* ‖ 15 epulum] depuli *N* ‖ ipsi (si *corr.*) *N* ‖ 16 regis *N* ‖ 20 trina *N corr. Mai* ‖ 22 monusculo *N* ‖ susciperit *N* ‖ 24 aephitomae *N* ‖ yperbaton *N* ‖ quod] quae *N* ‖ 25 dicti *N* ‖ 27 perversu *N* ‖ 28 inolerit *N*, intulerit *Mai* ‖ 30 metridati *N* ‖ bello (i *above* o) *N*.

illo inquid enim *narrare proponimus* (quo metro? dactylico) *quod maximum scimus gestum est bellum. in illo, inquam, eodemque quo uincensimum et quintum aetatis expleueram annum* (hoc enim ita esse Aeneas me edo-
5 cuit) *tempore Blastus quidam genere Phrigius Iulius* (quod uocabulum Blasti a poetis accepit, quia pene homines pro nimia inmanitate mandere, quod Blasti dicuntur facere, uidebatur); *hic ergo a septentrione* (ex hac quippe parte oriendus fuit) *Romam Germanorum*
10 *sibi, quorum soceritatem amicitiamque pariter adquisiuerat, satillibus adiunctis ueniens, ingente urbi populo plebique perdicione per eundem facta, in septem siquidem contra sese dimicaturas ciuitatem diuisit partes et intolerabilem incussit plagam, ut pene tota ciuitas internicioni*
15 *se daret.* hic autem ordo pene totius testimonii praeposteritatus est: quem indifferenter ideo relinquimus, quia et unicuique in potestate prout libuerit ordinare et huic expositiunculae finis in proximo est. sapientium autem scriptorum est iuxta haec quae proposuimus
20 exempla scindere fona.

(XIV.) DE COGNOMINATIONIBUS NOMINUM ATQUE UERBORUM.

Memini esse me a Donato, meo discente, uestro municipe hesterno rogatum anno, ut unde *celum* dictum sit aperirem: cui respondi non illius temporis fuisse id operis inpendere mente. corpori nominum festinati id
25 temporis uacare non potui, nunc uestrae dilectioni

---

1 dactylicum *N* || 2 maximus *N* || 4 expliveram *N* || aedocuit *N* || 5 temporae *N* || pheregus *N* || 6 accipit *N* || 8 videbantur *N* || 9 uriendus *N* || 10 amicitiaque *N* || 11 satillibus] *pro* satellitibus || ingentem *N* || 12 perdi ocia *N*, perdicione *corr. Mai* || 13 incussit (i, *ex* c) *N* || 16 indeferenter *N* || 19 proposuemus *N* || 20 fona · finit *N*, *sequitur* INCIPIT IIII. DE METRIS. *postea* INCIPIT IV. DE COGNOMINATIONIBUS *etc. N cf. praef.* || 21 meminisse *N fort.* meminiscor || 22 histerno *N* || 24 corpori] *fort.* operi, cui rei *Mai* || 25 dilectionis *N*.

largibor, alia superadditurus. celum ob hoc dici putatur quia quaedam intra se grandia celat archana et ipsum aerum spatiis nubiumque obstaculis ab humanis celatur, abditudine sua rectissime nomen accipit. altum celum diximus; sed altitudo et profunditatem nonnumquam 5 significat: denique siue mare siue quidquid infra terram est positum, altum nominandum est. sicut et senex Donatus *obsecro uos o alti quicumque estis, emittite ad me solem in terra lucere diem protinus allaturum. terra* ob hoc dicitur quia hominum pedibus teritur. sed aliter 10 igitur *ra* dicitur, primo quod ex ea nascimur, unde et ex humo *homo* dicitur secundum quod eius fructibus alimur ac recreamur. tertio quod in eam loeto soluti uelut in matris uuluam recondimur. *mare* ab amaritudine dicitur, ab Hebreis aquarum collectus. *sol* dicitur, quia 15

---

1. *Fragm. Med.* (*cf. append.*) Caelum dicitur quia quaedam grandia archana caelat. philosophorum peritissimi vocant altum caelum ut diximus sed altitudinem et — numquam significant denique mare — nominatur sicut senex donon inmenso dolore superatus corporei mali noctem velut longissima fastidium sustinens ac solito lanquentium more diem evenire desiderans tamquam si aliquid requiei corpori foret allaturus tali praecabatur modo: obsecro — intra (?) lucere — terra eo quod pedibus teritur. sed aliter separatur, quia ra portatrix ut genitrix in latino philosophicae unde naves quae portant rares dicuntur. ter igitur — unde ex — secundo quia eius fructus alimur tertio quia in eam laeto soluti — recondimur. 15. *ibid.* Mare ab amaritudine dicitur ab hebreis aquarum collectus, a philosophis ex duobus componitur velut magna res, nulli mortalium nota. stella de stillando, astra de variaetate — situs de situ altiore. volucer a velocitate, avis ab aviis hoc est desertis locis, bestia de besu hoc est ferocitate. belua marina dicitur, bel enim mare a philosophis vocatur. caro —

---

1 superadditurus (u_3 *corr.*) *N* ‖ celum] *in marg.* caelū unde dr̄ *N* ‖ 4 obtitudine sua *N* ‖ altum] *in marg.* altitudo *N* ‖ 8 &terra *N* ‖ 9 terra quare dr̄ *in marg. N* ‖ 10 territur *N* ‖ aliter] ter *N* ‖ 11 u**nde (i *supra*) *N* ‖ *in marg.* homo ex humo *N* ‖ 13 terticio *N* ‖ ea *N* ‖ solutu *N* ‖ 14 mare ab a. *om. N* ‖ 15 collectus dicitur *N* ‖ sol] *in marg.* sol quare?

solus per diem sui fulgoris ui totum orbem obtunsis una stellis cum luna inlustrat, uel certe sol ex sollemnitate hoc est habundantia splendoris nuncupatur.

---

cogitationis — nomine caeterum si omne quod — requirendum est unde appellatur pus. pus in latinitate philosophica custodia sicut origenius dicit — corpus ergo a corona circumdandi et a custodia retinendi dicitur — sumendi oculus ab oculendo, auris ab hauriendo auditum dicitur. pectus a philosophica latinitate cum additamento s scribitur ex eo quod spectat — secreta unde lucanus quando as pectore colitant cogitationes sed nos pectus a pectinando idest discernendo cogitamenta unde in modum pectis cuiusdam etiam visibiliter conpactum est unde et quae in pectore male cogitantur — peccata — dici debent ab ubertate lactis si quis in viris — nominare — qui humores inundanter exuberant philosophi virtutem et cursum mán et pén vocaverunt — per omnes casus numeros genera monoptota — est·a mań — appellatae sunt — peń — quod a cursu est — labia ex labore loquendi. Aeneas meus super nomen aliud intellegit ob hoc inquid labia vocantur, quia cottidie per verba in vitium labúntur. lapis de lapsu. sed altius lapides — lampades igitur (?) accenduntur unde et lapides preciosi — splendore, saxa inmania et inmobilia. petra de duricia omne enim durum et indomatum apud veteres petrum vocabatur. quod quaecumque nomen ut verba secundum propinquitatem non sonaverint secundum sensum et consuetudines scripturarum intelligenda sunt. menses a mensura, veteres a mensa eo quod communem mensam omnibus suis fructibus faciant. unde et iemales non menses dici sed spatia volunt. gloria ex eo dicitur quia alti quique ut sunt dii apud philosophi glores dicuntur. sed cercius gloriam a glorificatione laudis dicitur. hoc sciendum quod omnia pene apud veteres aliat dicebantur et nunc apud nos aliat habentur. ex quibus est gratia quam esse dicimus quod gratis et sine precio accipitur illi gratulam dicebant a gratulatione, nos dicimus brachiam ex bracho. brachium enim in latinitate philosophica fortitudo dicitur. illi vero protentorium vocabant ab eo quod protenditur. nos dicimus dentes quod edent ut dent loquele est fortationem. illi ruminos vocarunt quia cunctos rodiunt cibos. Aeneas dentes mandulas dici melius arbitratus est ex eo quod mandunt. hic idem mihi dicebat cum ab eo inquirer quid esset natura. o fili scito, quod uniuscuiusque rei natura — omnino subsistere ac vivere — actu — natatu.

---

2 sollemnitatem *N* ‖ 3 habundancia *N* ‖ noncupatur *N* (*semper*).

luna a quadam Diana nominari estimatur, quae numen uocitabatur: sed quod uerius, luna ex ipso lumine uocatur. *stella* a quodam Stilline uocitata est, quem dicunt aurigam fuisse stellarum: sed stellae omnis ideo dicendae sunt, quia ueluti quaedam stellicidia leui uolatu dis- 5 currunt. sed inter stellas et astra et sidera, quae tria genera sunt caelestis ornatus, quae differentia est? quod *stellae* ut diximus de stellando diriuantur. *astra* de uarietate picturae (aster quippe apud philosophos pictor dicitur), *sidus* de situ maiore nominatur. ergo sidera 10 altissima sunt astrorum, stellae minima quaeque astra ac leuia, astra uero omnis ornatus celorum.

Auis de auiditate carpendi dicenda est: *uolucer* uero ab ipsa uelocitate uolandi: *uolatile* autem non erit nomen proximae possitionis, sed diriuatum. quidquid 15 uolat communiter dicitur, et Catone dicente *sagittae eius uolatiles sunt.* et Cicero *elifantui* inquit *uolatiles in bello.* *bestia* dicitur de bessu, hoc est more feritatis. *belba* marina erit, bel enim mare a fisicis uocatur. *caro* a caritate cognitionis, *corpus* a corruptibilitate 20 naturae dicitur: sed hoc de homine. ceterum quod uisui patet *corpus* dicitur. quaeritur unde appellatur: *pus* in philosofia custodia dicitur, ut ait Origenes *positis in pure fratribus solus euasit*, hoc est *in carcere.* *corpora* a custodia dicitur. *caput* a capitate sumi 25 dictum est, unde capere dicitur quae comedimus et tenere quae manu tangimus; sed ad animam refertur, eo quod capax cogitacionum ac memoriae. *oculus* dici

---

1 lunam *N*, luna quare *in marg.* || nomen *N*, *an* Lucina? || 2 luna ḷ *N* || 3 stellam *N in marg.* stella quare || 5 volutu *N* || 6 inter stellas et astra et sidera qr̄ sit *in marg.* *N* || 7 deferentia *N* || 8 st///llando *N* || 10 sydis *N* || moiore *N* || 11 miniria queque *N* || 12 uero] vo *N* || 14 volatile unde *in marg.* *N* || 17 cidcero *N* | 19 e////rit bellena in *N* || ampisicis *N* || 20 corruptilitate *N* | 23 philosopia *N* || custudia *N* || originas (i *above*) *N* || 24 solus || 25 corpora a] *fort.* corpor a || custudia *N* || sumen *N corr. Mai* || 26 capere (e, *ex* i) *N* || 27 manum *N* || tangumus *N* || 28 memoria (o *corr.*) *N* || oculis *N*.

dicitur, eo quod occulta peruideat ac perlustret. *auris* eo quod auditus sermonis ex internis hauriat. *pectus* ex eo quod espectat ad cordis secreta, dicitur a pectando, id est discernendo, unde peccata dicuntur. *ubera*
5 nonnisi mulierum dicuntur, quae ab ubertate lactis nuncupantur: si quis in uiris uoluerit nominare, uirilia erunt quae humorum inundacione exuberant. *uenter* a uenti spiramine sic dicitur; quia et uentus ob hoc nomen accipit, quod per omnes uenas, latebras arctusque totius
10 creaturae perueniat. *lingua* a linguendo dicitur. philosophi uirtutem et cursum *manus* et *pedes* uocauerunt, quorum nominum monoptota declinatio est per omnia genera: a *man* ergo, hoc est uirtute, *manus* appellatae sunt, et a *per* pedes, quod est a cursu. *equus* ab equi-
15 tate cursus dicitur. *uir* a uirtute nominatur: *mulier* a mulitudine sexus: *uxor* quae a uiro fuerat uxorata in coitu. sed *coitus* generaliter dicitur omnis coeuntia siue itineris siue concordiae siue conubiorum. *cor* uocatur a corruptione sensuum.

20 *Lux* dicitur semper caelestis, hoc est diei solisque: at *lumen* materiale est, id est ignis aut lucernae. *aqua* generaliter dicitur omnis liquor. *panis* dicitur omne quod pascit. *uinus* siue de uinea, siue quod impleat uenas. *labia* ex labore loquendi dicuntur, siue quod
25 per uerba labuntur de lapsu. *lapides* dicuntur de sua lampaditate, quia ex eis lampades ignis accenduntur. *lapides* pretiosi ex insito sibi splendore, uelut ex quadam lampadum similitudine nominati sunt. *saxa* uero inmania et inmobilia uelut quaedam staturae dicuntur.
30 *petra* de duritia dicitur. *dies* nominatur a quibusdam quia diis iocundus est; nos dicimus *dies*, quia a tenebris

---

1 oculita *N* ‖ 2 auriat *N* ‖ 5 hubertate *N* ‖ 6 quis *om.* *N* ‖ nominari *N* ‖ 8 ve[n]tus *N* ‖ 10 creatura *N* ‖ 11 peđ (đ *corr.*) *N* ‖ 12 decio (clina) *N* ‖ omnia *ex* omnem *N* ‖ 13 a] *ex* i (?) *N* ‖ 14 ṁequos *N* ‖ 16 mulitudine] *fort. idem quod* mollitudine ‖ fuerat] fuerit *Mai* ‖ 18 conobiorum *N* ‖ 23 vinūs (~ *m. al.*) *N* ‖ 26 lampades] lapides *N corr. Mai* ‖ 27 ex_1] et *N* ‖ 28 lampadam *N* ‖ 31 a] *add. Mai.*

diuidat. *nox* dicitur ab eo quod humanis noceat. *tempus* a temperamento dicitur, eo quod diebus mensibus annis frigore aestateque temperatur. *annus* dicitur eo quod cuncta innouat. *mensis* a mensura dicitur, siue quod mensam, id est terram, suis fructibus dapibus impleat. 5 *aestus* de longitudine dierum dicitur, ipse ardon dicitur. *autumnus* dicitur de aumatione fructuum, quod colliguntur. *hiemps* frigus interpretatur uel sterilitas. *uer*, hoc est quod in eo cuncta uernent, id est uerescant. *pluuia* eo quod de celo pluuiat, siue quod ipsius 10 terrae germen inrigat. *nubes* dicuntur, quia solem suo tegmine uelut sub quodam pallio obnubunt. *gloria* a glorificatione; apud philosophos *glores* dicuntur. *gracia* ea quae gratis datur uel sine pretio accipitur. *brachium* fortitudo dicitur. *dentes* dicimus, eo quod dent loque- 15 lam uel fortitudinem uocis: alii *ruminas* nominauerunt, alii *mandibulas*, eo quod rodunt cibos uel mandunt. unaquaque rei natura est, in qua nascitur, et sine qua uiuere non potest, sicut homo sine actu, auis sine uolatu, piscis sine natatu. et sicut corpus per quinque 20 sensus constat, ita scriptura per quinque literas uocalis, quae regnant in VIII partibus orationum.

(XV.) DE CATALOGO GRAMMATICORUM.

Primus igitur fuit quidam senex Donatus apud Troiam, quem ferunt mille uixisse annos. hic cum ad Romulum, a quo condita est Roma urbs, uenisset, gra- 25 tulantissime ab eodem susceptus, IIII continuos ibi fecit annos, scolam construens et innumerabilia opus-

---

4 mensis *ex* menses *N* ‖ sive quod] quod *add. Mai* ‖ 5 suis] vis *N* ‖ 8 colleguntur *N* ‖ sterillitas *N* ‖ 9 eū *N* ‖ orescant *corr.* *N*[2] ‖ 12 velut sub] velutus *N* ‖ 13 losophos *N*, *fort.* alti quique *add.* ‖ 14 si pretium *N* ‖ 15 dicimus] dicitur *N* ‖ 15 f. loquelle—fortitudine *N* ‖ 16 rumunus *N* ‖ 17 mandubulas *N* ‖ cibus *N* ‖ mandant *N* ‖ 18 qua] quia *N corr. Mai* ‖ 19 sincactu *N* ‖ 22 quae] quam *N* ‖ oracionum fiñ *N* ‖ INCIPIT V DE *etc.* *N cf. praef.* ‖ 24 Troiam (i *ex* e) *N* ‖ annus *N* ‖ 25 u⋛rbs *N* ‖ 27 innumirabilia *N*.

cula relinquens, in quibus problesmata proponebat dicens *quae sit mulier illa, o fili, quae ubera sua innumeris filiis porregit, quae quantum suxa fuerint, tantum in ea inundant?* hoc est sapientia. quid interest inter
5 uerbum et sermonem et sententiam et loquelam orationemque? *uerbum* est omne quod lingua profertur et uoce. *sermo* autem cuius nomen ex duobus uerbis compositum est, hoc est serendo et monendo. *sententia* uero quae sensu concipitur. porro *loquela*, quando cum
10 quadam eloquentia dictionis ordo protexitur. *oratio*, quando usque ad manuum artem discribendus oratus prius sermo perueniat. fuit itidem apud Troiam quidam Virgilius eiusdem Donati auditor, qui in discribendis uersibus diligentissimus erat, qui LXX uolumina de
15 ratione metri scribens et epistolam ad Virgilium Assianum missam de uerbi explanatione. tertius Virgilius EGO.

Nam Virgilius Assianus praedicti discens fuit, uir ammodum ministratorius sanctis uiris ut numquam
20 in sede eum uocantis sermo inueniret. hunc uidi meis oculis, et puerulo mihi notas caraxauit. hic scribsit librum nobilem de duodecim latinitatibus, quas his nominibus uocauit. *prima* inquid *est usitata, quae in usu*

---

4. *Fragm. Mont.* (*cf. app.*): Quid interest — monendo comptior ac diligentior sententia vero — oratio est quando — describendi orat prius — p̄veniat. 23. *Fragm. Angelicum* (= A *cf. in appendice*).

---

3 filis *N* ‖ 4 interest *om. N* ‖ 5 sententiam] scientiam *N corr. Mai* ‖ 9 uero] ủȯ ‖ lequella *N* ‖ 10 qua⋛dam *N* ‖ 11 mannum *N* ‖ arte *N* ‖ oratp^v^rus *N* ‖ 13 auditor (o *ex* u) *N* ‖ 16 assian^ũ^⋛ *N* ‖ explanacione *N* ‖ tertius (ti *ex corr.*) *N* ‖ 18 a////sianus *N* ‖ di^s^cens *N* ‖ 19 ministratorius (o *ex* u) *N* ‖ satis vir *N corr. Hartel* ‖ 20 inv^eni^///ret *N* ‖ 21 puerulo (o *ex* u) *N* ‖ notas//// *N* ‖ c^a^racsavit *N* ‖ 22 no////bilem (o *ex corr.*) *N* | h͠is *N* ‖ 23 vocavit] *in sequentibus verbis perobscuris nihil mutavi.*

Romanae eloquentiae habetur et qua scripturae latinae atramentantur, id est scribuntur.

II. assena, hoc est notaria, quae una tantum littera pro toto sono contenta est, et haec quibusdam formulis picta. 5

III. semedia, hoc est nec tota inusitata nec tota usitata, ut est mota gelus, id est mons altus, et gilmola pro gula.

IV. numerosa, quae proprios numeros habet, ut nim unus, dun duo, tor tres, quir quattuor, quan quin- 10 *que, ses sex, sem septem, onx octo, amin nouem, ple decem quod dictum de plenitudine est. et sic nimple undecim, usque ad plasin uiginti, et torlasin triginta, et quirlasin quadraginta, usque ad bectan centum et peruenit usque ad colephin mille et reliqua.* 15

V. metrofia, hoc est intellectualis, ut dicantabat, id est principium; sade id est iustitia; gno utilitas; bora hoc est fortitudo; ter hoc est dualitas coniugalis; rfoph hoc est ueneratio; brops hoc est pietas; rihph hoc est hilaritas; gal hoc est regnum; fkal hoc est religio; clitps hoc est 20 *nobilitas; mymos dignitas; fann hoc est recognitio: ulio hoc est honor; gabpal hoc est obsequium; blaqth hoc est lux solis; merc hoc est pluuia; pal dies et nox; gatrb hoc est pax; biun hoc est aqua et ignis; spax longe-*

---

1 f. et—scribuntur *om. N ex A add.* ‖ 3 asena *A* ‖ 7 mota gtus *N*, monta glosa *A* ‖ mons altus] non saltus *A* ‖ 9 numiro[s]=aq[uae]: *N*, numeria *A* ‖ proprius—numerus *N*[1] ‖ 10 quur *A* ‖ quam *N* ‖ 11 ses sex *A*, *om. N* ‖ sen *A* ‖ adnim *A* ‖ 12 plem *N* ‖ nimplexi *A* ‖ 13 plasi///n *N* ‖ orasin *A* ‖ 14 quur salim *A* ‖ usque bectan *A*, usque ad dictam *N* ‖ 14 f. bectan ·c· et plasinus cophin mille & rt *A* ‖ 16 intellectuales *N* ‖ un dicantabaat In hic *N* ‖ 17 s≡ahm ∼÷ iusticiam *N* ‖ gnoutilbea *A* ‖ GC[N]O hoc *N* ‖ 18 fortitudo te *in ras. N*; gnoutilbea fortitudo *A* ‖ teer *N* ‖ hoc est *om. A* (*semper*) ‖ coniugales *N* ‖ dualitas ·i· coiuū ven. *A* ‖ veneratio *A*, veracio *N* ‖ 19 broprſ *N*, brop *A* ‖ rip *A* ‖ 20 glip *A* ‖ nubilitas *N* ‖ 21 mors *A* ‖ fan *A* ‖ cognatio *A* ‖ vli *A* ‖ 22 gab[d]pal *N* ‖ blath *A* ‖ 23 m[r]erc *N* ‖ ſſal hoc ē dies et nox *N*, pallias et mox *A* ‖ 23 f. grab paxpin *A* ‖ 24 sp[d]ax *N*, spat *A*.

uitas. ex his rebus mundus totus gubernatur et prosperatur.

VI. lumbrosa, hoc est perlonga, cum pro uno usitato totus uersus scribitur, cuius exempla sunt hec ut:
5 *gabitariu cum bresin galsiste ion, hoc est legere. item: nebesium almigero pater panniba, hoc est uita.*

VII. sincolla, hoc ⟨*est*⟩ *perbreuis, uersa uice cum totus uersus usitatus in uno continetur fono, cuius exempla sunt ista ut gears, hoc* ⟨*est*⟩ *mores colligite,*
10 *bona diligite. item biro, hoc est linquere parentes utile non est.*

VIII. belsauia, hoc est peruersa, cum casus nominum modusque uerborum transmutat, cuius exempla sunt hec ut lex hoc est legibus et legibus hoc est lex et
15 *rogo hoc est rogate et rogant hoc est rogo.*

IX. presina, hoc est spaciosa, cum unum fonum multa usitata significat ut sur, hoc est uel campus uel spado uel gladius uel amnis.

X. militana, hoc est multimoda, cum pro uno fono
20 *usitato multa ponuntur ut pro cursu gammon, sualin, selon, rabath.*

XI. spela, hoc est humillima, quae semper res terrenas loquitur ut sabon, hoc est lepus; gabul, hoc est uulpis; gariga, hoc est grus; lena, hoc est gallina. hac
25 *U r s i n u s utebatur.*

XII. polema, hoc est superna, quae de superioribus tractat ut alippha pro anima; spiridon pro spiritu;

---

1 gobernatur *N* ‖ 3 Latina VI limbrosa *N* ‖ u[t]n̥ *N* ‖ 4 uno] phono *add. Mai* ‖ 4 f. cuius—hec *om. A* ‖ 5 gabitarivcum (?) *N*, gabigaẏrum *A* ‖ besingal fitelon h̄ ē legat *A* ‖ leiere *N* ‖ 7—10 sincolla —biro *om. A* ‖ 7 cervice *N corr. Mai* ‖ 8 tantus *N corr. Mai* ‖ ususitatus *N* ‖ 9 collegite *N*, corrigite *corr. Mai* ‖ 10 dibigite *N* ‖ lin re querere *N* ‖ biroc h̄ ē utile parentem *A* ‖ 11 non est] nonem *N* ‖ 12 belsabia *A* ‖ 13 modosq; *N* ‖ 14 lix *N* ‖ ligibus *N* ‖ 15 rago, r[u]ogant *N* ‖ 16 presin[a]/// *N*, bresina *A* ‖ 17 ut sur] usur *N* ‖ 19 f. per (*utroque loco*) *N* ‖ 20 saulin *N* ‖ 21 rabat sclon *A* ‖ 22 hoc est *iteratum N* ‖ ter///////renas *N* ‖ 23 sobon *N* ‖ gabal *A* ‖ 24 vulpes ganzagrus lena *A* ‖ 26 ponema *N* ‖ 27 allipha *A*.

repota pro uirtutibus quibusdam supernis; sanamiana anus pro quadam unitate Dei alti. hoc semper genere uirus loquebatur hic.

Virgilius Assianus primogenus quidam apud Cappadociam, uir dulcissimus erat, in fisicis satis gnarus 5 et in computatione lunae et mensuum sagacissimus. hic scolasticis suis aiebat de tonitruo interrogantibus, spiritum quendam esse inusitati uenti, qui praestitutis temporibus mundo intonat et cuius sonus tonitruit, cuius natura haec est ut solus humanis se usibus ingerat, qui non tam 10 spiramen quam fulgoream flammam habet, quem et altiorem omnibus uentis et profundiora omnium penetrare asserebat. quem cum interrogassem utrumnam hic uentus propria dictione an aliena regeretur assumens pagillam IIII poeticos confecit uersus ita inquiens 15

summa in summis
potens caelis
celsaque cuncta
gubernat celsa;

id est Hebreorum deum. 20

Istrius uirus Hispanus in conpositione historiarum splendidae satis eloquentiae, quandam similitudinem mihi dedit dicens: uicem solis in testimoniis agit uerbum; nam sicut dies absque sole non est rutilus, sic testimonium sine uerbo non lucidum. hic 25 ait *o rex scito, quia sicut tecum tua ancilla uitam hanc est sortita communem, ita et tu mecum mortem subibis communem.* item interrogatio: *o auare, quid celum, quid terra, quid mare sua dona tibi ferunt, et tu tua*

---

1 nepote *A* ‖ sanamia pro *A* ‖ 3 loquaebatur *N* ‖ hae *N corr. Mai* ‖ 4 quaedam *N* ‖ 5 capadociam *N* ‖ ignarus *N* ‖ 6 compotatione *N* ‖ 9 naturae ꝧ· est *N* ‖ 10 se usibus *N corr. Mai* ‖ 11 flamma *N* ‖ 15 poeticus (o *m. al.*) *N* ‖ 21 hestrius *N* ‖ 24 agit] ait *N* ‖ solem̈ *N* ‖ rutulus *N* ‖ 25 sine ·|· verbum *N* ‖ 25 f. luce dum hic ait *N* ‖ 26 ancillaẹ *N* ‖ 27 comunem *N* ‖ m^e cumeạ *N* ‖ 29 tua ṭụọ *N*.

bona non fers proximo? item: *in mari piscem obuia quaeque uorantem nec saciari potentem, sic mens hominis auari toto nescit saeculo saciari.* hactenus Istrius.

5 Erat aput Aegyptum Gregorius grecis studiis ualde deditus, qui tria milia librorum de Grecorum historiis conscribsit. erat aput Nicomediam Balapsidus nuper uita functus, qui nostrae legis libros, quos ego in greco audio sermone, me iubente uertit in 10 latinum, quorum est principium: *in principio celum terramque mare omniaque astra spiritus intus fouet.*

Erant praeterea tres Lucani, unus in Arabia, alius in Endia, tertius in Africa: quos Aeneas meus praeceptores habuit, quorum libros meditante notaria 15 arte in lucidam discripcionem transtulit. in quibus repperit quod uir quidam Maro fuerit prope diluuium, cuius sapientiam nulla narrare secula potebunt. unde Aeneas cum me uidisset ingeniosum hoc me uocabulo iussit nominari dicens: *hic filius meus Maro uocabitur,* 20 *quia in eo antiqui Maronis spiritus rediuiuit.* erat etiam auus meus Martulis, uir satis gnarus et clarus uultu. hic in arte grammatica diligentissimus. — haec uobis, o sodales atque discentes, legum paternarum libris pro cunctorum legentium utilitate atque salute excepta in-25 sinuasse sufficiat.

---

1 f^e^res (e *m. al.*) *N* ‖ 3 atenus *N* ‖ 4 h^e^ọc^ẽ^trius *N* ‖ 5 aeguptum *N* ‖ 5—7 Gregorius tria milia librorum conscripsit *m. rec. in mg.* *N* ‖ 6 dedutus *N* ‖ 8 noper *N* ‖ vita/// *N* ‖ 9 adion *N* ‖ verti *N* ‖ 12 Ulcani *N* ‖ 13 in africa quos e *in ras.* *N* ‖ 14 meditante] *fort.* mediante ‖ onotaria (r *ex* t *corr.*) *N* ‖ 16 moro *N* ‖ de isto virgilio quare maro nominetur quaeritur hic *in mg.* N^2 ‖ 19 vocabitur (i *ex* e) *N* ‖ 21 aus *N* ‖ ignarus *N* ‖ 23 sodales (o *ex* a) *N* ‖ paternorum *N* ‖ 24 f. excepita sinuasse *N corr. Mai* ‖ explicit MARONIS Virgilii. Oriuntur ephitomę *N*.

APPENDIX.

I. FRAGMENTUM ANGELICUM.

INCIPIUNT EPITOME UIRGILII MARONIS.

Latinus, a quo latinitas. is centenos habuisse fertur annos. hic uir magnus fuit et potens belli regiis temporibus. latinitatis genera sunt XII, quae his uocantur nominibus. prima latinitas usitata, secunda asena, tertia semedia, quarta numeria, quinta metrofia, sexta 5 lumbrosa, septima sincolla, octaua belsabia, nona bresina, decima militana, undecima spela, duodecima polema.

Usitata est quoniam in usu Romanae elequentiae habetur et qua scripturae latinae atramentantur ·i· scri- 10 buntur. asena hoc est notaria, quae tantum littera pro toto sono contenta. semedia hoc est nec tota usitata nec tota inusitata ut monta glosa ·i· non saltus, gilmola hoc est gula. numeria, quae proprios habet numeros ut nim hoc est unus, dun duo, tor tres, quur 15 quatuor, quam quinque, ses sex, sen septem, onx octo, adnim nouem, ple decem, quod dictum de plenitudine et sic nimplexi usque plasin XX et orasin XXX, quur salim XL usque bectan C, et plasinus cophin mille et reliqua. metrofia hoc est intellectualis ut dicantabat ·i· 20 principium, sade ·i· iustitia, gnoutilbea fortitudo, ter dualitas ·i· coiuum ueneratio, brop pietas, rip hilaritas, gal regnum, fal religio, glip nobilitas, mors dignitas, fanre cognatio (f. 32[r]), ult honor, gabal obsequium,

---

6 octava (t supra c) ‖ 9 q̃m ‖ 14 ꝑpos (t supra) ‖ 17 Ꝩ ſic (?) ‖ 18 nimplexi ‖ 19 rt ‖ 24 *in marg. inf. legitur* uli.

blath lux solis, merc pluuia, pallias et mox gab pax, pin aqua et ignis, spat longeuitas. ex his rebus totus mundus gubernatur et prosperatur. lumbrosa hoc est perlonga, cum pro uno usitato totus uersus scribitur ut
5 gabigayrum. besingal fitelon hoc est legat. biroc hoc est utile parentem linquere non est. belsabia hoc est peruersa, cum casus nominum modusque uerborum transmutat ut legibus hoc est lex et rogo hoc est rogate. bresina hoc est spaciosa, cum unum multa usitata signi-
10 ficant ut sur uel campos uel spado uel gladius uel amnis. militana ·i· multimoda, cum pro uno sono usitato multi ponuntur ut pro cursu gabon sualin rabat sclon. spela hoc est humillima, quae semper res terrenas loquitur ut sabon hoc est lepus, gabal hoc est uulpes,
15 ganzagrus lena gallina. polema hoc est figurata, quae tractat de superioribus ut allipha pro anima, spiridon pro spiritu, nepote pro uirtutibus supernis, sanamia pro unitate dei alti.

II. FRAGMENTUM MONTEPESSULANUM.

DIFFERENTIAE SERMONUM EX EPITOMIS UIRGILII.

Aliud est dici non debet, dici non oportet. opor-
20 tere enim de oportunitate diriuatur; debere autem ex insolubili debito. unde et si dicis non oportet, non tam fieri omnino interdicis quam oportunum non esse ostendis. cum autem dicis non debet, indebitum si umquam fiat. aliud est dicitur, locutus est et dixit
25 mihi. loqui enim immorosioris eloquentis est; dicere autem simpliciter communiterque ad omne dictum refertur. dicunt quoque aliud esse uolo et cupio. uelle enim quadam suaui ac legitima uoluntate intellegitur; cupere autem immoderate cupiditatis est. inter bellum
30 quoque et praelium et certamen et pugnam non paruam

1 gṙab ‖ 4 ꝑlonga ‖ 9 ẽ *s. l.* ‖ 11 seno ‖ 13 $\overset{i}{\text{seꝑ}}$ ‖ 15 $\overset{i}{\text{q}}$ ‖ 19 deb&⁷ ‖ 25 immorosioris (i_2 *ex* o) ‖ 29 capere.

esse differentiam adfirmant. prelium enim nonnisi in proelio hoc est in pelago effici potest. quod ideo praelium nominatur quam prae ceteris clementis quadam inmensitate inundando etiam et deundando quendam admirationis praelatum habent. bellum autem nonnisi in 5 belso hoc est in campo agitur. belsum enim ab hoc dicitur, quod belsa plurima quae sunt gramina profert. certamen autem a certo loco hoc est receptaculo exercitus diriuatur. pugna iaculationes suas pugilles suos utrobique pugines iectant. dicunt etiam quod alia sit 10 plebs alius populus. plebs enim haec erit, que plenis agris domibusque omni substantia redundans per hoc nec belli peruicax nec doctrine exstat efficax. populus autem ex pope hoc est ex fortitudine uel manuum uel sensuum sic appellatur. unde Honoratum reprehen- 15 dimus gramaticum qui canit 'plebs in bello congregata est' et alio loco 'uerus inquit poeta', sic ait. hoc quam stulte locutus est, cum hoc dicere debuit 'uerax poeta'. uerus enim ad naturae tantum ueritatem refertur; uerax autem dicitur qui nequaquam mentitur. consumptio ad 20 defectionem, consummatio uero ad perfectionem pertinet. EX EPITOMA IIII et V. Tenebra cum dicitur quaedam in die ferrugo id est caligo accipitur et excepto accusatiuo singulari per omnes casus declinatur. at tenebrae densissime profundissimaeque noctium ob- 25 scuritates sunt. sol in utroque numero flecti non prohibetur sed singulari numero sol ipsum luminare erit, at soles ipsos dies nominamus, in quibus sol totum inluminat polum. nonnulli tamen ueteres ipsa carmina soles nominauere sicut Oratius in principio cuiusdam 30 uoluminis taliter exorsus est: soles meos omni ecclesiae uestrae commendo. sunt multa nomina quae duplici declinatione gaudent ut materies materia, temperies temperantia, caluities caluitia caluitium, segnities segnitia, laetities laetitia, requies requia, facies facia. sed his 35 multa distantia est. segnitia frigoris, laetities subiti beneficii est; laetitia familiaris, requies a labore refrigerii est, requia ociositatis est, facies ipsa superficies

est, facia similitudo in pictura. origo originis initium est, at origo origonis neutrum est et est uelum nauis et habet in plurali numero origona. cantarus animal est, cantarus cantara dicimus domuncula conclauium
5 domus, domicilium nidum auis. diluuium inundatio immoderata aquae, deluuium sanctificatio est. inter operationem et opus et operam hoc interest quam operatio singulorum est, opus generale est omni officio; opera autem singulari numero laboriosa sollicitudo est quae
10 praecipue animam cruciat. EX EPITOMA VI. Inter nomen et pronomen hoc interest quod pronomen comparatione carens personam habet ut ego tu ille; nomen autem persona abiecta comparationem recipit ut carus carior carissimus. legimus flecti mei uel mis sed mis
15 dicitur nisi de ea re quam mihi ab aliquo repromissam spero euenturam, mei autem de ea re quam ad praesens possideo. EX EPITOMA XI. Quid interest inter uerbum et sermonem et sententiam et loquelam orationemque. uerbum est omne quod lingua profertur et uoce. sermo
20 autem cuius nomen ex duobus uerbis compositum est hoc est serendo et monendo comptior ac diligentior. sententia uero quae sensu concipitur. porro loquela est quoniam cum quadam eloquentia dictionis ordo protexitur. oratio est quando usque ad manuum artem
25 describendi orat prius sermo praeueniat. In IIII. epitoma. male quidam loquelas in elocutione intelligi uolunt cuius loquele per ·e· et ·l· unum scribendae ad perfectam pertinent eloquutionem. In VIII. clamo clamoris simplicis est. conclamo simul cum multis est,
30 etiam acclamo cum falso aliquem accuso sicut Cicero de proui prassio ait 'solis innocens acclamationibus punitus est'. reclamo aliquem exeuntem uocitans, inclamo et succlamo murmurandi est, proclamo laudandi uel depraecandi exaltatio. declamo rethorizando, ex-
35 clamo quando pro uiribus uocem eleuo. salto gaudium cum quodam membrorum motu praetendens sed in com-

---

16 q̄ || 23 quō.

positione littera mutatur ut exulto quod est in uoce
prolati gaudii, insulto inrisitationis est iniuriose. per-
sulto cum per aures etiam longe adstantium sonitum
penetrare facio. resulto cum alte respondeo. consulto
prudentis consilii est dispositio. testor aliquid con- 5
firmans sententia. contestor cum quadam auctoritate
affirmans. protestor manifeste cauenda denuntians. ob-
testor aliquem ad testimonium uocans qui sit dignitate
uel auctoritate eminens. detestor aliquid execrandum
respuens. iuro iuramentum uerum cum quadam iuris 10
iurandi confirmatione testificans. periuro iuramentum
falsitate polluens. adiuro maiorem potentiam obsecrans.
pono simpliciter aliquid statuens. dispono aliquid operis
inpensioris uel consilii facturus. est etiam disponere
foederis ineundi, propono nonnumquam ad interrogan- 15
dum pertinet, appono adiectionis est. inpono insinuendi
est, superpono autem aliquem censum uel laborem. VI.
cuicumque indicens propono aliquid praeferens sic et
antepono. nam postpono alias inferius iudicans. com-
pono orandi aut eloquii aut artificii est. sepono sepa- 20
randi, suppono aliquid subtus inducens. depono labe-
factandi est uel uita excedendi. EX EGLOGA X. Inter
uerum et uero duae sunt distantiae: una quia uerum
praepositiui ordinis est, uero subiunctiui: alia quia
uerum causaliter pro tamen habetur, uero expletionem 25
suae tantum stationis accipitur. frequenter causales pro
rationalibus et copulatiuae pro causalibus poni solent;
sicut Cicero 'uos uicistis et dii uos iuuerunt'. quo-
niam pro tamen ponitur. sicut donatiuas praetorius
sic fatus est 'quamquam me accusent, quoniam ego 30
auctoritate fidens omnium probra temno', hoc est omnia
tamen temno. quoniam si duo uerba circa se habeat
subiunctum priori faciat Sulpicio scribente 'iurabant
quoniam debellabant', hic est ordo ideo debellabant
quoniam iurabant. 35

3 p̧ cum ‖ 17 tā.

III. FRAGMENTUM MEDIOLANENSE.

HIC SECUNTUR ETHIMOLOGIĘ VIRGILIUS PRESBYTER HISPANUS.

Caelum dicitur quia quaedam grandia archana caelat. philosophorum peritissimi uocant altum caelum ut diximus. sed altitudinem et profunditatem numquam significant. denique mare siue quicquid infra terram 5 est positum altum nominatur. sicut senex donon inmenso dolore superatus corporei mali noctem uelut longissima fastidium sustinens. ac solito languentium more diem euenire desiderans, tamquam si aliquid requiei corpori foret allaturus, tali praecabatur modo 10 'obsecro uos o alti quicumque estis, emittite ad me solem intra lucere, diem protinus allaturum'. terra, eo quod pedibus teritur, sed aliter separatur, quia ra portatrix ut genitrix in latino philosophicę. unde naues quae portant rares dicuntur. ter igitur ra dicitur. 15 primo quia ex ea nascimur. unde ex humo homo dicitur. secundo quia ex eius fructus alimur. tertio quia in eam laeto soluti uelut in matris uuluam recondimur. mare ab amaritudine dicitur, ab hebreis aquarum collectus. a philosophis ex duobus componitur uelut mag- 20 na res. nulli mortalium nota. stella destillando. astra de uariaetate picture aster quippe apud philosophos pictor dicitur. situs de situ altiore. uolucer a uelocitate. auis ab auiis hoc est desertis locis. bestia de besu, hoc est ferocitate. belua marina dicitur. bel 25 enim mare a philosophis uocatur. caro a caritate cogitationis. corpus a corruptibilitate naturae dicitur. sed hoc de nomine. caeterum si omne quod uisui patet corpus dicitur, requirendum est, unde appellatur pus. pus in latinitate philosophica custodia. sicut origenius 30 dicit 'positis in pure fratribus solus euasit'. hoc est in carcere. corpus ergo a corona circumdandi, et a custodia retinendi dicitur. caput a capacitate sumendi.

oculus ab oculendo. auris ab hauriendo auditum dicitur.
pectus a philosophica latinitate cum additamento ·s·
scribitur ex eo quod spectat ad cordis secreta. unde
lucanus, quando as pectore colitant cogitationes. sed
nos pectus a pectinando, id est discernendo cogitamenta. 5
unde in modum pectis cuiusdam etiam uisibiliter con-
pactum est. unde et quae in pectore male cogitantur,
peccata dicuntur. ubera nonnisi mulierum dici debent
ab ubertate lactis. si quis in uiris ubera uoluerit nomi-
nare, uirilia erunt, qui humores inundanter exuberant. 10
philosophi uirtutem et cursum· mán· et pén· uoca-
uerunt. quorum nominum per omnes casus numeros
genera monoptata declinatio est. a mań ergo hoc est
uirtute manus appellatae sunt et a peń pedes, quod
a cursu est. labia ex labore loquendi. aeneas meus 15
super nomen aliud intellegit. ob hoc inquid labia uo-
cantur, quia cottidie per uerba in uitium labuntur.
lapis de lapsu. sed altius lapides dicuntur de sua lampa-
ditate, quia ex eis lampades igitur accenduntur. unde
et lapides preciosi ex insito sibi splendore. saxa in- 20
mania et inmobilia. petra de duricia. omne enim
durum et indomatum apud ueteres petrum uocabatur.
quod quaecumque nomen ut uerba. secundum propin-
quitatem non sonauerint secundum sensum et consue-
tudines scripturarum intelligenda sunt. menses a men- 25
sura. ueteres a mensa. eo quod communem mensam
omnibus suis fructibus faciant. unde et iemales non
menses dici, sed spatia uolunt. gloria ex eo dicitur,
quia alti quique ut sunt dii apud philosophi glores
dicuntur. sed cercius gloriam a glorificatione laudis 30
dicitur. hoc sciendum quod omnia pene apud ueteres
aliat dicebantur et nunc apud nos aliat habentur.
ex quibus est gratia quam esse dicimus quod gratis
et sine precio accipitur. illi gratulam dicebant a
gratulatione. nos dicimus brachiam ex bracho. bra- 35
chium enim in latinitate philosophica fortitudo dicitur.
illi uero protentorium uocabant ab eo quod proten-
ditur. nos dicimus dentes quod edent. ut dent lo-

quele est fortationem. illi ruminos uocarunt quia cunctos rodiunt cibos. Aeneas dentes mandulas dici melius arbitratus est ex eo quod mandunt. hic idem mihi dicebat cum ab eo inquirer quid esset natura:
5 o fili, scito quod uniuscuiusque rei natura est, in qua nascitur et sine qua omnino subsistere ac uiuere non potest, sicut homo sine actu auis sine uolatu piscis sine natatu.

VIRGILII MARONIS

EPISTOLAE.

N = codex Neapolitanus n. 34.

PRAEFATIO.

UIRGILIUS MARO IULIO GERMANO DIACONO SALUTEM. In Graecorum legimus historiis uatem quendam Tarquinium con Persas exstitisse, qui quicquid uaticinatus fuisset tabellis et codiculis inprimebat, donec euentus ipse probaret; quo conpleto scripta prodebat. inter 5 quae quoddam mirabile prophetauit arcanum, quod quia adhuc non uidebat inpletum usque ad mortem nulli uoluit ostendere. uerum pene ipso die, quo uitae finem fecit, unum ex suis uocauit discipulis adsignans ei tabellam et dicens: *heu me, heu me, o fili, quia haec* 10 *scripta nondum inpleta sunt! felix et beatus erit qui in illis uixerit temporibus, quibus haec conplenda erunt, quae in hac uisione continentur.* haec uisio talis erat. *uidi* ait uatis *inmensum flumen de caelo fluens alto, et hoc flumen uinum erat. alium quoque riuulum uidi* 15 *e terrae manantem petris, et hic riuulus tum orto iubari solis raptus est [ille riuulus] obuiam flumini ab alto labenti, et collecti in unum fluuii uinum effecti sunt; et unum erat flumen et riuum inplens ac tellurem, in quo innumeri agni et uituli ludebant, bibentesque ex* 20 *eo inebriati epithalamion canebant, et eorum audita uoce caelum ac terra pariter laetata sunt.*

INCIPIT PRAEFATIO MARONIS *N* ‖ 2 tarquin[i]um *N* ‖ 3 eon *N* ‖ quicquid[τ] *N* ‖ 5 probaret (> *m. al.*) *N* ‖ 8 di*e *N* ‖ 16 manẹ[a]ntem *N* ‖ 18 *post* collecti *ras. 2—3 litt. in N* ‖ 20 ludebant (lu *corr. ex* vi) *N* ‖ que] quae *N* ‖ 21 ephit[h]alam'[iū] *N* ‖ 22 letata *N*.

Haec eadem uaticinatio in his nunc temporibus uidetur esse conpleta, cum sole illo non temporali orto, sed uero et perhenni filio dei, flumen illud uineum scripturae caelestis cor hominis hoc est totius humani
5 generis laetificantis omni influxit terrae: cui aquae riuulus id est philosophiae id est eloquentiola, quae et ipsa uinum effecta est, scripturae ammixta caelesti, in quo flumine uituli et agni ludunt, iuuenes scilicet et pennati sensibus ouantesque epithalamion cytharae ac
10 si modolatu congruenter apteque decantant, nuptiales scilicet seratissimorum cantus conuiuiorum ponentes: quorum uoce audita caelum et terra spiritales scilicet et carnales homines gaudent et gratulantur.

Quorum unus, gratissime ac dilectissime frater
15 Iuli diacone, scripturae diuinae et caelestis doctrinae iocundissimo inebriatus uino paruum quoque hunc riuulum philosophicae sapientiae in tantum bibis, ut etiam eorum, qui ab initio fundati orbis philosophicis floruere eloquiis ac sensibus, non solum aequiperator,
20 sed etiam praecessor exstiteris. unde perscrutatis perlectisque omnium philosophorum libris omnes eorum controuersias prudenti et gnoto corde concoquens obscurissimas et difficillimas quaestiones diligenti indagatas examine ad me uelud ad iudicem certissimumque
25 limitum atque uiarum indicem, multis epistolis dirigere dignatus es, non quo ego omnium peritissimus sim, sed quo quasi ad sodalem tui uniusque fidei consortem fiducialius habueris de huiusmodi quaestionibus mira dirigere.

30 Inter haec maxima in tuo animo sedit causa, ut de VIII orationis partibus, in quibus plurimae quae-

---

3 perhenni *N* ‖ 7 ammixta (d *m. al.*) *N* ‖ 9 ephitalamon (i superscr.) cytrae (ha superscr.) *N* | 10 modolatu (v superscr.) *N* ‖ aptæqẽ *N* ‖ nuptiale *N* ‖ 12 spiritali *N* ‖ 17 philosophiae *N* ‖ 19 equiperantur *N* ‖ 22 contraversias *N* ‖ ignoto *N*; gnoto]=gnaro *cf. ind.*, *nisi praeferas* ignito ‖ 23 indagatos *N corr. Mai* ‖ 24 ve*lud (l *eras.*) *N* ‖ 28 fiducialius] fiduciale ius *coni. Mai* ‖ 31 VIIIto orationibus *N*.

stiones diuiso a plerisque modo et sentiuntur et leguntur, mea praecipua in explanando fieret diligentia. unde et ego, quia orationis partes octo sunt, octo quoque in uno licet epistolas uolumine digerere dispono: quod etiam in XV epistolarum Affricam missarum uolumine 5 ad Fabianum puerum meum peritissimum ac docillimum, tunc gentilem, nunc autem fidelem baptismate purificatum, eodem scribendi more fecisse memini.

Quod forsitan aliquis miretur, quod insolito more epistolarum sermonem unius epistolae modo insimul 10 dumtaxat missae sub unius titulo libelli conposuerim. quisquis hoc facto mouetur, meminerit Lassii purissimi oratoris, XVII interpretationum epistolas sub uno tempore unoque stilo ad unum eundemque petitorem destinauerit, non quo ille petitor illam epistolarum 15 numerositatem postulauerit, sed quo et leuamen sui operis et lecturorum commoditatem depulso ut fieri solet inmotabilis lectionis fastidio adquisierit. sicut namque hii, qui longa uiarum spatia mensuri iter suum quibusdam mansionum limitibus ac terminis leuant, 20 lassitudinem longi quodammodo iteris temperantes, et urbem uel locum, quo eundum sit, minore ut ita dixerim labore perpendiunt, certi quod una die tanti temporis iter conficere non ualebunt nisi per callium lineas et quosdam requietionum modos laboriosi itineris onus 25 deposuerint: ita etiam hii, qui inmensum scribendi opus arripientes et de pluribus rebus ac quaestionibus suum conposituri sermonem, quod nonnisi librorum frequentibus explicitorum finibus sequentiumque initiis laborem suum temperauerint, ne sibi ipsis in scribendo 30 et lectoribus fastidium sint in perscrutando generaturi,

---

1 sentiantur *N* ‖ 4 degere *N corr. Mai* ‖ 5 in Africam *Mai* ‖ 13 oratoris] qui *add. Mai* ‖ XVII septemdecim *N* ‖ et uno *N corr. Mai* ‖ 16 postolaverit *N* ‖ 18 atquisierit *N* ‖ sicut (s *corr.*) *N* ‖ 19 qui] gui *N* ‖ 22 eundum] u_2 *ex* a *N* ‖ 23 perpendiunt *N* ‖ 24 callum *N* ‖ 25 laborosi *N* ‖ honus *N* ‖ 29 initis *N* ‖ 30 ne] et *N*.

ut renouatior secuta esset natura legentis uicissitudinibus, librorum suorum frequenter diuisa intercapitant opuscula; legendorum de nouo uelut alterius recentis operis exordia uerborum pro accendendis sensibus com-
5 tius facundiusque conponunt.

Haues ogduades orationum partes octenis me expositurum tibique missurum: tuum, carissime frater, ut tuis inremissis ad dominum fundendis orationibus iuues, ut non solum in opere praesenti sermonis mihi
10 tribuat opportunitatem ille qui prae cunctis hominem loqui animantibus rationabilem fecit, uerum etiam in omnibus actis meis mensuram capissendae ueritatis et fidei normam, qua credi et obsecrari debeat, clementer elargiatur. quod tuis precibus, sanctissime Christi
15 minister, me non dubito obtenturum: ut qui in una Christi militia tertium ecclesiasticae dignitatis obtines gradum, in tribus diuinae unitatem substantiae personis coaeternaliter subsistentem, ut misericordiam consequar aeternam, mea pro infirmitate et inpetrare dig-
20 neris. uale. gratia tecum.

---

1 ren°ụatior sicut ÷ *N* || 4 accedendis *N corr. Mai* || 5 facundiͮcisque *N* || 6 haves] hāˢ (=habes) *N sequitur ras. 2 litt.* || 7 tuum] est *supplendum* || 8 fundandis (di *ex corr.*) *N* || 16 militia (i_1 *ex* a) *N* || ecclesiastice *N* || obtines (*ex* obtenes) *N*.

I. DE NOMINE.

Primam, frater carissime, de arte nominis expositionem, quae prima est, edicturo, tuis petitionibus satisfacere cupienti uidetur mihi per cassus singillatim sermonem primitus esse faciendum. de nominatiuo cassu. primus cassus est rectus, nominatiuus uocatur, 5 qui in quibus syllabis finiatur, sciri debet, dicentibus quibusdam in tres tantum syllabas nominatiuum cassum finiri semper debere, quibusdam uero e contrario in sex. hinc quaestionem contradictorum inquisitio repperiens ad meam paruitatem tua sagacissima, quae in 10 diuinis uoluminibus sat est approbata, uoluit dirigere. quid igitur facturus sum utrisque existentibus emulis utroque possitus latere amico, inter eorum iurgia placere conpulsus?

Duae scolae sunt in tota Europa, in quibus heae 15 controuersiae maxima feruntur ex parte, scola Terrentii et scola Galbungi. Terrentius asserit tres tantum ut dixi syllabas esse, in quibus nominatiuus cassus finiendus sit excepto comparatiuo gradu, ubi *or* syllaba quoties excipitur, tres haec syllabae consuetae 20 sunt *us a um* per tria genera antiquitus constitutae: amplius his recipi omnino non posse adfirmat. et econtra Galbungus in sex syllabas nominatiuum cassum finiri

---

EXPLICIT PROLOGUS. INCIPIT ·I· VERGILII (V *et* R *corr.*) EPISTOLA *etc.* *N* ‖ 2 educturo *N*[1] *corr. m. al.* ‖ 3 patisfacere *N*[1] *corr. m. al.* ‖ cassus (a *ex* u) *N* ‖ 4 nominatius *N* ‖ scire *N* ‖ 7 syllabis *N* ‖ 9 huic *N* ‖ repper(i)ens *N* ‖ 10 sagit tissima *N*[1] ‖ 11 abprobata *N* ‖ erigere (i *ex* e) *N* ‖ 12 quod *N* *corr. Mai* ‖ 13 *fort.* placare ‖ 15 eurupa *N*[1] ‖ 16 contraversiae *N* ‖ 20 hae *Mai* ‖ 21 as *N* *corr. Mai.*

debere exhortatur *us a um* ut *doctus docta doctum*, deinde in *es* ut *facies*, deinde in *as* ut *uoluntas*, deinde in *e* ut *omne*. opinioni nos credere oportet, at non solum huic opinioni credimus, uerum etiam in has
5 easdem syllabas multa genera exeant, sicut in *us* duo genera, masculinum et neutrum ut *mancus* et *impus*. sed graeca nomina omnem generum syllabarum regulam corruperunt.

Multi de nominatiuo casu multa scribere; sed hoc
10 inter cetera maxime requisisti, cur masculinum et femininum et neutrum dicendi in usu habemus. quidam simpliciter dixerunt, quod masculinum hoc esse debuit, quod secundum habitudinem corporis ostenderetur et ita femininum ut *uir* et *mulier*, *taurus* et *uacca*, *aries*
15 et *ouis*, *canis* et *cata* et cetera animalia. omnes autem res materiales ut *lapides* et *arbores* et siqua sunt similia, neutralia dici debere censuerunt. inde dicebant *hic uir* et *haec mulier* et *hoc lapis* et *hoc arbor* et *hoc cera* et *hoc panis* et *hoc domus* et *hoc manus*. moneo
20 itaque te, o frater carissime, ut quamuis non hac nunc consuetudine scribendi utamur, tamen quia hoc aput ueteres pro recto habeatur, siquid forte huiusmodi scriptum repperieris, licet non ad indubitatam auctoritatem refferendum putes, tamen quod a ueteribus usur-
25 patum est, reprehendere omnino non debes. uerumtamen haec tria genera propter discretionem quandam

9. *Ars an. Bern. 82, 27*: Virgilius Assianus dixit ad Iulium diaconem: hoc inter cetera maxime requesisti — neutrum in — habeamus — masculinum hoc — vaca — cada — matiriales — neutraliter — unde — manus. 15. *Exc. Bern. 192, 29*: Omnis autem — neutraliter — unde — manio (moneo *corr. m. 2*) — te frater . . non hac non . . utimur . . . apud . . . . habebatur sedq; forte . . . repereris . . . . referendum . . . quia veteribus . . . non debes omnino.

3 in e] in as *N* ‖ opinione *N* ‖ ut *N* ‖ 4 etiam] quod *add. Mai* ‖ 5 multas *N corr. Mai* ‖ 9 multi] nolui *Hartel* ‖ scribere] *fort.* scribsere ‖ 12 quos *N corr. Mai* ‖ 17 deberet *N*, debere *corr. Mai* ‖ 26 quendam.

a gnaris et prudentibus filosophiae artificibus apposita sunt, ut sub his nominibus generum discretus quidam ordo dictorum sententiarumque describi facilius possit.

Sed quia de nominatiuo cassu dicere disposuimus, quaestio nobis ingeritur, cur uni nomini nominatiuus 5 singularis cassus repperiatur duplex, cum per omnes cassus una eademque sit declinatio ut dicimus *sepe sepis* et *seps sepis*, *Cebes Cebitis* et *Chebs Chebitis*, item *preces precis*, *prex precis*, *sedes sedis* et *ses sedis* et cetera. hoc maxime propter metrorum necessitatem pedumque 10 mensurandorum ac temporum positionem accipitur. hoc tamen sciendum, quod quoties dicatur *sepes*, lapidum ostendatur materia, cum autem scribatur *seps*, lignorum semper erit. sic cum dicis *preces*, inpudica et procax erit et malae rei maxime postulatio, at *prex* ad bonam 15 semper partem dirigetur. sed *sedes* cum dicatur, simplicis et qualiscumque loci est, cui quis insedeat, ast *ses* alterius conpositionis altiorisque loci ad sedendum parati, quod graece dicitur *thronus:* unde et qui in eo sedet *thors*, hoc est rex, nominatur. 20

Sunt tamen quaedam nomina quae duas per omnia declinationes habere noscuntur ut *laetitia laetamen*, *uocatio uocamen*, *praesagium praesagimen*, *fundamentum fundamen*, *monimentum monimen*, *calciamentum calciamen*, *examentum examen*, *stramentum stramen*, *firmamentum firmamen*, *species specimen* et cetera. immo 25 hoc addimus quod tres uel quattuor declinationes plerisque nominibus eueniant sicut est *laetitia*, *laetities*,

---

7. *Ars an. Bern.* 107, 33: Sciendum est autem quod multa nomina hi ostenent nominativus singularis cuius repperitur duplex, cum per omnes casus — sepes sepis, habes ebis et [h]ebs ebitis preces precis et prex precis sedes sedis et ses sedis et cetera — accipitur.

---

8 chebes (e_2 *ex* i) et chebs *N* ‖ 9 prȩs *N* ‖ 13 matheria *N* ‖ seps [spes] *N corr. m. al.* ‖ 15 male *N* ‖ 21 quedam (*ubique fere*) ‖ 22 laetistamen *N* ‖ 23 pressagium *N*.

laetamen. sed quaedam eorum discretionem habent, quaedam uero propter solam inuentionem scribi dicuntur; quod tamen a plerisque doctorum fieri omnino posse negatur, adfirmantium nullum penitus nomen aut
5 uerbum aut aliquam orationis partem immo nullam pene syllabam aut literam scribi non ratione plenam uel quadam sui proprietate potuisse. nos denique cum dicimus *laetitiam* iocunditatem animi significamus stabilem et quodammodo perennem, et *laetitiem* si dica-
10 mus, subitam esse intellegimus, et *laetamen* gratiam cuiusdam additae gratulationis indicamus.

Est etiam *uesper, uespere, uesperum, uespera.* hic cassus nominatiuus quadruplex est; cuius deferentia hoc erit, quod *uesper* quidem dicitur quotiescumque sol nu-
15 bibus aut luna ferruginibus quacumque diei aut noctis hora obtegatur, et hoc neutrum ut *uesper uesperis uesper uespere.* at nominatiuo *uespere* uocatur ab hora nona sole discessum incohante; sed hoc nomen declinationem nullam habet. *uesperum* autem est cum sole
20 occidente dies deficit, et sic declinatur *uesperum uesperi uespero uesperum uespero. uespera* est, cum lucis oriente aurora nox finiatur: etenim sicut dies noctis successu *uesperum*, sic et nox diei exortu uesperam habet, et sic declinatur *uespera uesperae uesperam*

---

12. *Quaest. gramm. cod. Bern. 123 p. 178, 24 (Anecd. Helv.)*: Virgilius omnia haec demonstrat dicens: Est etiam vesper — vespera vesperum hic vero — differentia haec — tegitur — neutrum est quod et vesper vesperis facit. at nominativus — descensum inchoante et hoc declinatione caret. vesperum est dum — vespero et reliqua. vespera est — finitur et sic declinatur vespera vesperae vesperae et reliqua. *hic locus Virgilii nomine omisso legitur in prima cod. Bern. 286 pagina s. X (teste Hageno)*: obtegitur — cum sole — aurora monstratur etenim sicut dies successum noctis vesperum habet sic — habet et est primae declinationis *etc.*

---

6 rattione *N* ‖ 9 perenne *N corr. Mai* ‖ 11 addite gratulationem *N corr. Mai* ‖ 12 vesperā *N* ‖ 16 obtegatur (a *corr.*) *N* ‖ 18 discessū/// inc^{h}o*ante (h *eras.*) *N* ‖ 19 sol *N* ‖ 23 exorto *N*.

uespera. cauendum est tamen, ne aut *uesper* aut *uesperum* aut *uespera* pluralem numerum habere putentur. unde miror quomodo quidam procacissime ausus sit dicere *uesperes*; et non solum pluralem numerum contra omnem ordinem rationemque confusibiliter adsumpsit, 5
uerum etiam genus ipsum corrupit pro neutrali masculinum ponens. sed huiusmodi uiri nomen, quia nobilis est et satis clarus et multis forte eius displiceat infamia, manifeste prodere nolo, praesertim cum hoc confessus sit non solum audaciter sed et temerarie se 10
dixisse et faciem suam in sinum meum porrexerit. sed de hoc uiro satis sit dictum. ceterum in nominatiuo cassu scribendo multi superflue et corrupte uel addunt multa uel minuunt, ut est *brachium*, cum hic *h* scribi non debet. multi etiam dicunt *fillius* pro eo quod sit 15
filius: sicut M a c e r o n t o graecus discipulus, monens nondum integrum discipulos, immo monere audens et ut rectius dicam corrumpens *fillius* inquit *meus es tu*. et miror unde *l* addidit in nominatiuo cassu singulari, cum in plurali numero sicut decet scripserit *moneo uos, filii* 20
mei. dicunt etenim *cerus* pro *ceruus;* et sic tamen declinant *cerui ceruo* et cetera; et tamen peregrinum tamque barbarum est, ut unde allatum est, intellegi non possit.

Nunc de genetiuo cassu. omnis genetiuus cassus in *i* literam terminatus, dubius est, aut enim longus 25
aut breuis est: longus qui in *i* duplicem desinit ut *bracii, filii, gobii*, breuis qui in unam terminatur *i* ut *docti, stili, domi*, licet nonnulli aestiment hunc cassum quotiescumque in *i* terminatur, debere longum fieri; nos naturam syllabarum et temporum in hoc opere non 30
discernimus, sed simpliciter disserimus quomodo cassus ipsi ponendi sunt. non enim quia genetiuus cassus produci dicitur, idcirco per longitudinem temporum etiam

---

1 vesperaṭ *N* ‖ 10 temerariae *N* ‖ 13 superfluae *N* ‖ 15 fil[l]ius *N* ‖ 16 macedo inter graecos discipulos *coni. Hartel* ‖ 17 aud≡ens *N* ‖ 21 c[e]rus ꝑceru[u]s *N* ‖ 22 tamquam *N* ‖ 24 ca*su *N* ‖ 25 ductus *N* ‖ 27 bra≡cii *N* ‖ 28 dom *N* ‖ 29 quocumque *N*.

foni extensionem, nisi ubi uel *i* duplicata fuerit uel *e* inspirata, faciet. nam genetiuus in *ae* diptongon finitus producit quidem naturas, sed nisi *e* duplicetur, sonum non extendit. omnis genetiuus cassus, in *is* aut in *us* finitus, breuiare semper debet; licet nonnulli putent omnem procliuem cassum genetiuum non habere, sed in hoc cassu defectiuum, ut dicatur nominatiuo *haec manus*, datiuo *huic manu*, ita tamen ut genetiuum pluralem non ammittant.

Requisisti etiam cur in Galbungi scola ⟨*i*⟩ addi solet in genetiuo cassu *doctii*, cum in nominatiuo sit *doctus*. haec causa fuit. Mitterius quidam Spaniensis uir, cui ut uati credidimus, hic ut libuisset in uersibus utrumque licere indubitabili affirmatione testabatur ut *doctus doctius*, *sanctus sanctius*, *uerus uerius*, *perfectus perfectius*, et ita in genetiuo *doctii*, *sanctii*, *uerii*, *perfectii*. hic ergo senex (et ualde senex) ad meam noctu uenit domum; quem cum gratantissime suscepissem, ait ad me *o fili, interroga me si quid cordi est, et ego boni uice hospitii refectabo te.* et ego ad eum aio *habeo quod te interrogem: sunt quaedam consimilia quae discerni a me non possunt, quae alii nomina alii pronomina alii aduerbia et cetera, quae tu ipse et propone et absolue, quia ego et interrogare non arripio.*

Tum ille uelut quodam spiritu afflatus prophetari inquit: *scio, fili mi, quae sit cordis tui quaestio. sunt etenim nomina, quae et aduerbia hisdem litteris esse manifestum est, ut una una, tria tria. haec ergo discretio erit, ut quando nomen sit, prima syllaba producatur, nouissima corripiatur; quando uero aduerbium prima syllaba correpta nouissima producatur. sunt etiam pronomina et aduerbia, quae litteris hisdem esse*

---

1 foni *c. gl.* ·i· voci *N* ‖ extensionem] aestimemus *add. Mai* ‖ 3 duplicetur (e *ex* i) *N* ‖ 4 omnes *N* ‖ 6 proclivem *c. gl.* productum *N* ‖ casum *N* ‖ 7 dicat *N* ‖ 8 ista *N* ita *Mai* ‖ 11 docii *N corr. Mai* ‖ 14 indubitali *N corr. Mai. cf. ind.* ‖ affirmationem *N* ‖ 16 sanccii *N* ‖ 19 ait (i *corr.*) *N* ‖ 22 s. alii *N*, alibi *Mai* ‖ 25 ve*lut (l *eras.*) *N*.

dicuntur, nisi sono discrepauerint, ut hic hic. sed si emendatius et melius scribere uis, aduerbium per duo i caraxabis, ut hiic. sunt etiam quae uerbis similia pronomina, ut ego ego, is is, quis quis, tui tui, tibi tibi. sed si uerbum sit ego, prima syllaba producetur, ut ego, quod est uiuo.

Sed hoc indagandum inter haec tria uerba similia quali discrimine discernenda sint *ago, ego, egeo.* cum ergo scribis *ago*, in praeterito tempore *aegi* cum aspiratione diptongi scribito, *ego* autem diptongo careat et sic declinatur *ego egis*, et praeterito tempore *egi* breuiatum: sed syllabam nouissimam extenderis, omni errore carebis, sicut si in praedicto *aegi* primam syllabam produxeris, rectissime facis, praesertim cum diptongum habeat. cum scribas *is* uerbum, semper produces ut *eo is*, sicut a *queo quis.* at cum scribas pronomina literis ⟨*is*⟩ *eius*, *quis cuius*, has monosyllabas semper corripito. et cum scribis *tui* pronominaliter, priorem syllabam producere debes *tui*; cum autem imperatiuo modo actiui uerbi scripseris *tui*, sequentem syllabam producta est. est autem hoc uerbum *tuo, tuis, tuit;* et est sensus *clare aspicio.* at si de tutella dixeris *tueor, tueris*, secundae coniugationis erit deponens uerbum. sic *tibi*, si scribis datiuo cassu pronominis finiti posteriorem syllabam *tibí*, si uero imperatiuo modo actiui illius uerbi scripseris, quod est *tibio*, priorem syllabam acuere debes. *tibio* enim hunc sensum habet *citharizo: tibia* enim quoddam cantandi genus est.

Est etiam uerbum et aduerbium hisdem literis caraxari solita ut *esto esto:* nam *esto* neutralis uerbi

---

29. *cf. Exc. Bern. 199, 3 et Leid. f. 74*: Est etiam . . . isdem craxari (crassari *L*) . . . . . . imperativus modus — necessario

---

2 per] ꝑ *N* ‖ 3 c[a]ra[x]sabis *N* ‖ huic *N* ‖ 10 diphtongo (h *corr.*) *N* ‖ 16 a[e]queo *N corr. Mai* ‖ 17 is *add. Mai* ‖ monosyllab[a]s *N* ‖ 21 tuis tui *N* ‖ 22 aspitio *N* ‖ tutella] tustella *N* ‖ 25 posteriorames *N* ‖ 28 cit[h]arizo *N* ‖ tibi[a] *N*.

imperatiuo modo tempore futuro est, cuius syllaba prior acui debet. si uero aduerbium fuerit *esto*, prima syllaba correpta posterior necessario acuetur. est autem sensus huius aduerbii *esto* hoc est *recte* secundum illud
5 Galbungi *esto* inquit *uiuunt, quia mundi flaccida luxoriamina contempnunt*, hoc est *recte uiuunt*. est etiam *esto*, quod pro *forsitan* accipi solet: *pro aetherio iuuante esto Romani uincere postero ualeant tempore*, hoc est *esto* pro *forsitan* posuit. *sua sua sua* nomen et pro-
10 nomen et uerbum. nomen *sua* est femininum hoc est *domus*, in qua scolastici uiri sua apte ac suauiter scripta uel dicta conponunt. est etiam uerbum *sua* primae coniugationis actiuum, hoc est *suade* secundum illud Ciceronis *suate* inquit *uiri fratres, ut paci sint Ro-*
15 *manae*. hic Cicero inuentuosissimus est in omni arte, ut in prouerbium ueniret aput omnes philosophiae auctores: *non legit qui non legit Ciceronem*. *sua* ergo pronominis circumflexe utraque uocali producta: at nominis *sua* breuis utraque uocali fiat, ita ut media *u*
20 per duarum uocalium synalypham non modo corripiatur, uerum etiam pene extinguatur. sic de *suo* sentiendum est. sed quia cum de genetiuo cassu dicere coeperimus, alio cursu et quasi in aliam regionem noster hic sermo deuenit, ut aut sententia sententiam inpedire uideretur,
25 idcirco de genetiuo cassu pene satis sit dictum, ne longa dictio modum uoluminis excidat.

Uerum de genetiuo plurali pauca dicamus. omnis cassus genetiuus in *ium* terminatus syllabam multas

---

(necessaria *B*) — etiam — inquid quunt (q; unt *B*) et reliqua hoc est recte vivunt (quiunt *L*) est — solet etherio (ꝑetherio *L*) cui tanta esto Romani vincere postero valeant (valeunt *L*) tempore hoc est esto pro forsitan posuit.

---

3 necessarior *N corr. Mai* ‖ 5 flaccida *N*, flaccidam *Mai* ‖ 6 luxoriam ina *N*, ita *corr. Mai* ‖ 7 f. ethenio hic esto *N*, *ex testimoniis locum restitui* ‖ 9 inter sua sua et sua quid distet requiř *N in mg.* ‖ 12 prime *N* ‖ 13 suabte *N* ‖ 18 circumflexi *Mai* ‖ 22 ceperimus *N* ‖ 24 aut] *fort.* ita.

regulas multasque causas habet. enimuero praeter originalem illam quam trito omnes sermone et oratione locuntur, id est cum ablatiuus cassus singularis in *i* finit, sic ex aliis ergis genetiuus in *ium* plurali finiri solet, cum uel in duas semiuocales nominatiuus fuerit 5 terminatus, quae sunt *ns* et *rs*, et ablatiuus cassus in *e* desinuerit ut *mons*, *ars*, *sors*, *mors*, *prudens*, *sapiens*, *ingens*; et ablatiuo *monte*, *arte*, ⟨*sorte*⟩, *morte*, *prudente*, *sapiente*, *ingente*. non ergo debet dici ablatiuo *ab hac arti* uel *monti*, licet et hoc quidam corruptissime dixe- 10 rint. et genetiuo plurali sic dicendum: *montium*, *artium*, *partium*, *mortium*, *prudentium*, *sapientium*, *ingentium*. tertia autem additur regula, ob quam ablatiuus cassus in *e* et genetiuus cassus in *ium* finiatur, cum generis feminini nomen in *e* correptam ablatiuo cassu 15 desinuerit, ut *ab hac clade*, *ab hac ciuitate*, *ab hac uirtute*, *ab hac urbe*, *ab hac fame*, *ab hac mole*, *ab hac quiete*, et genetiuum pluralem in *ium* mittunt ut *cladium*, *ciuitatium*, *uirtutium*, *urbium*, *famium*, *molium*, ⟨*quietium*⟩. haec de genetiuo. 20

Nunc datiuus cassus quid ostendat, ex eorum sequendum est regulis et uerbis, qui de singulis artium rationibus lege et adsidue sicut didicerunt ita et tradiderunt: *datiuus* inquiunt *cassus uernaculatim uerbum neutrale demonstrat*. sed tamen non per omnia uerba 25 nec cassus haec regula seruanda est, si specialibus inuentubus, consuetudinibus rationibusque seruit, acsi dicas *placeo tibi*, *displiceo tibi*, *gaudeo tibi* et similia. datiuus cassus in *i* semper acui debet, excepto illo cassu qui quattuor syllabis numeratur, ita dumtaxat ut in 30 nominatiuo tres syllabae sint positae ut *potestas*, *ciuitas*, *pietas*, *claritas*. si autem dissyllabatus fuerit nominatiuus cassus singularis, et utraque syllaba breuis

---

1 ꝗ multas *N* ‖ 2 f. sermones et onorẽ et locuntur *N* ‖ 4 sit ex alis *N* ‖ ium] i *N corr. Mai* ‖ 5 vocales semi *N* ‖ 20 quietium *add. Mai* ‖ 22 regalis *N* ‖ 26 regula *corr. ex* regale *N* ‖ 29 cassum *N*.

fuerit, datiuus cassus posteriori acuetur syllaba ut *igni*, *pani*, *naui*. si uero syllaba nominatiui cassus prior acuta fuerit, datiui cassus posterior corripietur ut *cladi*, *fami*. si uero nominatiuus cassus monosyllabae fuerit
5 illius dumtaxat quae natura longa fuerit, illius prima syllaba in omni cassu acuenda est et reliquae syllabae corripiantur.

De datiuo autem plurali et ablatiuo multi diuersa sensere, maxime cum in *is* syllabam terminatus fuerit.
10 etenim ueteres nostri nos ita docuerunt, ut nullus ablatiuus cassus in *is* syllabam terminatus produceretur excepto cum per duo *i* scriptus esset ut *radiis*, *copiis*, *gaudiis*, *brachiis*, *gladiis*, *gobiis* et ceteris: at *scolis*, *stolis*, *globis*, *modis*, *uerbis*, *donis*, *populis* et ceteris,
15 omnia huiusmodi uerba ablatiuo corripi semper debere censebant. ceterum nouis scolis superuenientibus alia sententia superuenit. dicunt enim nostri, quod omnis datiuus et ablatiuus cassus pluralis in *is* syllabam terminatus longus semper natura sit. quid ergo facturi
20 sumus et quid ponemus discriminis inter illum ablatiuum pluralem, qui per duo *i* necessario productus est, et eum quem natura longa esse metrici affirmant? hanc regulam ponamus, ut omnis datiuus et ablatiuus cassus pluralis, qui in *is* syllabam terminatur, si in nomina-
25 tiuo cassu ante nouissimam syllabam *i* producta fuerit ut *filius*, *gladius*, *gobius*, *filia*, *gloria*, *sapientia*, ablatiuus cassus uel datiuus pluralis duo *i* semper habeat et producte dicatur *filiis*, *gladiis*, *gobiis*, *sapientiis*, *gloriis*, *brachiis*, *gaudiis*, *colludiis*. si uero nominatiuus
30 cassus *i* ante nouissimam syllabam non habuerit et ablatiuus cassus uel datiuus in *is* fuerit terminatus, non duobus *i*, sed uirgula tantum aut solo sono accentuque producemus hos plurales cassus hoc modo, ut *bracis*,

---

1 fuerint *N* ‖ 2 nominativus *N* ‖ 3 acuata *N* *corr.* **Mai** ‖ 8 dtm̃ *N* ‖ 11 his *N* ‖ 12 scriptũ *N* ‖ 23 omnes *N* ‖ 26 ablativos *N* ‖ 29 bárchiis *N* ‖ culludis *N* (*etiam in marg.*) *corr.* **Mai** ‖ 32 sonũ *N* ‖ 33 f. braciis globiis *N*.

globis, *caluis*, *machiris*, *machinis*, *donis*, *tabernaculis* et cetera.

Nunc de accusatiuo cassu. uidetur mihi accusatiuus cassus inter ceteros aliquid habere cuiusdam praelatiuae firmitatis, sicut et inter ceteras uerborum si- 5 gnificationes actiuum uerbum: unde et nonnulli ueterum [estimabant] accusatiuum cassum uerbo actiuo nonnisi de genere masculino sumi omnino debere statuebant. cuius quaestionis solutio haec erit. genus masculinum dicitur omne quod firmum est: unde et fortes feminae 10 dicuntur ⟨*uiri*⟩. unde et Rithea Nini regis uxor suis clientibus dicebat *nolite me dicere feminam quia uir sum*. hoc autem dicimus ut sciamus quid sit accusatiuum de genere masculino. hic accusatiuus cassus est, qui non graecus sed latinus, non dubius sed fortis et 15 stabilis: etenim graecus accusatiuus tam incertus est et tam obscurus, ut utrum sit accusatiuus an alius, nonnisi per uerbum agens facile possit agnosci: unde et multi nostrorum pro explanandis cassuum declinationibus latinam regulam in Grecis extorquere uoluerint. 20 regula autem accusatiui cassus latini haec erit, ut quotiescumque in *m* fuerit terminatus (propter illum accusatiuum quem sepe et trito diximus sermone, id est illius nominis quod productum *e* habuerit et monosyllabe sit ut *spes spei spei spem*, *res rei rei rem* et cetera) 25 exceptis inquam his necessario breuietur, at in *os* finitus, excepto si *i* ante habuerit, producatur.

Sed quia tam multi non modo de accusatiuo cassu, sed de omnibus cassibus in metrorum demensione tractarunt, ego ad finem huiusce tendens epistolae, quae- 30 stionem quam nonnulli non facilem praeterierint, ut difficilem atque obscuram euentilare utcumque conabor. miror ergo quomodo *caelum* nunc in scolis Latinorum neutraliter singulari numero declinetur et in plurali

---

6 significatines *N* ‖ 9 his aecerit *N* ‖ 10 femininae *N* ‖ 11 viragines *add. Mai* ‖ Erithea *Mai* ‖ 12 cliventibus *N* ‖ 19 declinationisb; *N* ‖ 31 non] *fort.* ut, facile *coni. Mai.*

masculino, cum hoc ueteres nec habuerint in usu nec omnino audierint. nulla enim ratione defendi potest, quod sola tantum consuetudine obtentum est, sed hic mos modo in toto pene terrarum orbe ualet, ut relictis 5 rationibus ueritatis sola consuetudo pro uero teneatur. sed ne longum facies sermonis fundamentum, caelum aput ueteres neutraliter nubium globum significat, qui solem lunam stellasque caelare solet, et habet in plurali numero *caela* Sufphonia Hebreo scribente *tene-* 10 *brosa caelant caela caeli claraque consurgunt sidera. caeli* autem summi habebunt in singulari nominatiuo *caelus* masculino genere; sicut et noster Cicero canit *caelus ille eleuatus uisu carnalium caret.* qui caelus, quia a celsitudine diriuatur, aspiratione dignus erit: 15 at *celum* quod de *celando* dicitur, diptongicam habere non poterit dignitatem. omne ergo nomen uno semper genere potietur et numquam in aliud ex alio transibit. denique et in hoc errant, quod *sibilus sibila*, *tartarus tartara* dici duplici et ut ita dicam dubio posse genere 20 nostrorum plurimi arbitrantur. nam *sibilus* aëris erit uel serpentis uel foliorum, et habet in plurali numero *sibili sibilorum*, et reliquos omnes cassus. at *sibilum* neutraliter hominis dicendum est, quod trifario solummodo cassu contentum est ut *sibila sibila sibila*, reli- 25 quis numquam in usu habitis. sic etiam cum dicitur *tartarus*, omnis locus generaliter fragosus ac dificilis aditu, masculino genere pluraliter dicentur *tartari*, et reliqui solito more cassus: *tartarum* autem neutrale, quod solius inferni est, in plurali numero habet *tar-* 30 *tara tartara tartara* reliquis nondum receptis. sed hoc fine cludenda epistola est.

---

4 urbe *N* || 12 caelum *N* || 20 roris *N corr. Mai* || 22 ad *N* || 25 habetis *N* || 27 addita *N* || 29 habet (e *ex* i) *N* || 30 nodum *N* || 31 cuidenda *N* || est] expt *N*.

II. DE PRONOMINE.

Nisi forsitan nostrum opus claudicare putaretur, si non etiam pronomini sua epistola fuisset reddita, et tibi desiderii tui aliqua portio subtrahi uideretur, uelim quidem de pronomine magis conticiscere quam aliquid dicere, praesertim cum tam multi de hac orationis parte 5 multa et clara uel opuscula propria uel ceterorum operum loca haec eadem occupata descripserint, sed et ego ipse in epitomis ter quinis numero proprium pronomini indixerim opusculum. uerumtamen ne in illud G l e n g i incedam, quod cuidam conflictum fugienti dicere fidenter 10 ausus est *gurgo* inquit *fugax fambulo dignus est,* pauca tibi tui negotii necessaria de pronomine profabulor.

Primum in ordine pronomen finitum est *ego*, ⟨de quo⟩ tam multi innumeras uentilabant quaestiones, inscrutantes quomodo et qua ratione tam desimilibus 15 literis idem pronomen conpositum sit, ut dicatur *ego mei*, quod pleri iurgium ita docte sedare uolebant, ut adfirmarent *ego* inter monoptota debere semper adscribi, ut in omni numero genere et cassu *ego* singulariter diceretur. T e r r e n t i u s *ego* inter defectiua credidit 20 indicandum, ut scilicet excepto solo nominatiuo nullum cassum haberet. utrique tamen concordi hortamine definitoque edicto dicebant pro *ego* *mius* accipiendum

---

13. *Exc. Bern. p. 195, 2:* Primum . . . de quo tam . . ventilabant quaestiones quomodo . . . . dissimilibus litteris id est . . . quodque iurgium ita doctores . . . ut in nominum nostro . . . definito . . . si ita cur . . . littera servatur ordo///sic . . . non dubitantur esse . . . ut sit rite . . . . receperunt . . . plurali . . . retullissem — grande — extrimum (*corr. m. 2*) quae secundum — vel suorum quod — scribitur.

INCIPIT SECUNDA DE PRONOMINE ‖ 3 subtrai *N* ‖ 3 f. t inquidem *N* ‖ 4 magi *N* ‖ 7 descripserit *N* ‖ 8 ephethomis *N* ‖ 11 fabulo *N at cf. Aldhelm. p. 95* (*ed. Giles*) ‖ 13 f. de quo *ex B supplevi* ‖ 14 innumeris *N* ‖ ventilant *N* ‖ 16 pronominū *N* ‖ 17 docte] *fort.*=docti ‖ 21 nomine *N* ‖ 23 difinitoque *N* ‖ m*ius (e *eras.*) *N*.

esse et sic declinandum *mius mei* uel *mis mihi me o a me.* quibus Galbungi auditores e diuerso resistentes dicebant *si ita est, cur non etiam plurali numero litterarum seruatur ordo, sed sic declinatur nos nostrum?*
5 alioquin multa admodum sunt, quae cum literarum ordinem ⟨non⟩ seruent, sensu tamen sententiaque conuenientia esse non dubitantur. simili ergo modo defendendum est hoc pronomen rite ut sit declinandum, sicut plurimi reciperunt *ego mei* et pluraliter *nos*
10 *nostrum.*

Quam quaestionem cum ad meum Aeneam rettulissem, ac diutina diei gande de hac eadem multa uoluerimus, ad extremum ita intulit, quod secundum Galbungi suorumque sententiam *mius mei mihi* rec-
15 tissime scribitur. uerum *ego* sicut *nequam* et cetera declinamenta per omnes cassus unam tantum habere declinationem multa auctorum lectione indubitabilium credere conpellimur Seruilio scribente: *agrum ego rapuerunt*, hoc est dicere *mei agrum rapuerunt.* et
20 iterum Galbungus quidam ueteranus in Indiae partibus constitutus, in clausula cuiusdam sui operis sic fatur: *num ego debitam, fili, fraudabis mercedem? ego* pro *mihi* posuit. Virgilius quoque Assianus in quarto dispositionum in genesin hominis libro sic infit:
25 *quis ego condidit, ut sic essem?* hoc dicit: *quis me condidit?* Sarbon quoque pater Glengi in Rigadis re-

---

5. *Exc. Bern. p. 194, 28:* Verum ego . . . . agrum mei rapuerunt (*ad hunc locum Petrus Daniel haec margini adscripsit:* In lib. Aurati sic habetur: Fuerunt quidam qui voluerunt scribere ego pronomen inter pronomina ut pro omni casu acciperetur sicut fas nefas nequam quidam pro ego mius dicebant nominativo mei genetivo Servilio teste: agrum ego rapuerunt, hoc est dicere: agrum mei pro genitivo; Virgilius quoque Asianus: quis ego condidit ut sic essem pro quis me).

---

3 sita *N* ‖ 6 non *add.* ‖ 8 promen *N* ‖ trite *N* ‖ 12 di^u^tina, ac *N* ‖ 13 ita ita *N* ‖ 14 meus (e *ex* i) *N* ‖ 20 india *N* ‖ 21 constitutis (i *ex corr.*) *N* ‖ 22 dubitam *N* ‖ 23 posui *N* ‖ 26 Glingi *N.*

ginae cantico: *digna ab ego laudari carmento mirabili* hoc est *a me.* et ne pluralem quis *ego* habere uideatur negare, exempla passim inuenta ponemus. Latomius condiscens meus in quodam quereloso carmine sic fatus est: *ego quid simus acturi, quibus agri sunt direpti? ego* hic pro *nos* positum est. Fassica quoque femina tam sapiens et tam scolastica, ut nomen eius usque in diem quo orbis erit certe sine dubiis celebretur, hoc inter cetera usa est exemplo: *patres ego tradiderunt omnia quibus utimur peritiae instrumenta*, hoc dicere mihi uidetur *nobis tradiderunt patres.* Sarricius quoque Ciceronis pater: *quid* inquid *ego uita carpitur?* hoc est dicere *nostrum uel nostri uita.* sed de his satis ista sufficiant, nam et de ceteris eadem possunt intellegi.

Uerum Galbungus et Terrentius quattuordecim diebus totidemque noctibus in contentione manisse refferuntur tali, ut si *ego* uocatiuum cassum haberet aut non haberet, ex omnibus doctorum ueterum traditionibus approbarent. Terrentius rennuebat uocatiuum cassum *ego* habere, qui cassus uocatiuus secundae semper personae adiungi debet, *ego* autem ad primam personam semper pertinebit. Galbungus etiam huic pronomini uocatiuum cassum accidere posse adfirmauit, in eo praecipue loco, ubi sub interrogationis modo uerbum primae personae haberetur, ut si dicas *o egone recte feci uel dixi?* sed hic uocatiuus id est *ego* absque o et *ne* adiumento circumpositorum exstare non potest. haec cum ad Aeneam quaestio me internuntio refferretur, ita eam uerissime euentilauit, ut quia *ego* primae personae nomen est, et uerbum primae personae imperatiuum modum non habet, cui accusatiuus cassus semper adnectitur, tunc tantummodo hoc pronomen uocatiuum cassum retineret, cum sub interrogationis modo dice-

1 laudar *N* ‖ 5 ẽgri *N* ‖ 7 tam] tum *N* ‖ 8 *fort.* certus ‖ duduf *N* ‖ 14 easdem *N* ‖ 23 Ganbungus *N* ‖ 28 etare *N* ‖ 29 refferetur *N*.

retur *o egone recte feci uel locutus sum?* plurali tamen numero uocatiuum cassum inueniri, in dubium nulli uel contendentium parti uenire potest, ut *nos o a nobis,* praesertim cum imperatiuus modus etiam primae per-
5 sonae plurali numero flecti soleat. cum enim dicis *nos dicamus, nos* hoc loco uocatiuus cassus esse potest, licet et nominatiuus esse non negetur. sed de hoc pronomine satis sit dictum.

Hoc tamen pronomen conpossitiones duas recipit,
10 uel cum ipsum illum duplicatur ut *egoego,* uel cum *met* syllabam recipiet ut *egomet:* sic *tutu, tumet, sese, semet.* est et quaedam quaestio in pronominibus difficilis et solutionem satis indiga: nam cum dicimus *meus tuus suus* et in plurali numero *noster uester,*
15 quaeritur quam tertiam personam huc ponere debeamus? negant quidam tertiam personam in hoc loco sumi penitus oportere. nonnulli pro quodam solatio scribentium ac legentium tertiam personam illam, quam in singulari numero posueramus, id est *suus,* commu-
20 nem esse diffiniunt, ut dicant sic: *meus tuus suus noster uester suus,* quibus nec credere nec omnino discredere licenter audemus, maxime cum nullam rationem hoc loco inueniant, qua seruant tertiam personam nec iterum resumi inreprehensibiliter posse uel debere.

---

9. *Ars an. Bern. p. 140, 15:* Item Virgilius iterum de pronominibus conpositis dixit: ego pronomen finitum conpositiones duas recipit . . . syllabam recipit. 12 *Ars an. Bern. p. 137, 27:* Sed hic aliqua questio oritur, ut Virgilius Maro dixit: cum dicimus meus tuus suus noster vester queritur . . hic ponere debemus plurali numero. nulla enim ratio in hoc loco invenitur, qua tertiam personam iterum resumi inreprehensibiliter posse vel debere quis dicat. nonnulli tamen pro quodam solatio scribentium ad legentium . . quam in singulari numero posueram, id est suus communem esse definiunt inter singularem et pluralem numerum ut . . . suus.

---

9 recepit *N* ‖ 10 f. cum et *N* ‖ 14 meas *N* ‖ 18 f. quam in singulari numero *ex arte an. Bern. recepi,* ꝑ quã p̃lim *N* ‖ 19 posueramur *N.*

Est pronomen, de quo dubitatio magna habetur, utrum finitum an infinitum sit ut *iste*. nonnulli etenim infinitum esse cum quadam diffensionis suae auctoritate hortantur ut *ego iste*, *tu iste*, *ille iste;* quod tamen in nostris lectionibus non tam prompte 5 nec parate in usu habitum repperimus. uno etenim tantummodo in loco hoc legi, cum Cato dixerit *ego iste qui locutus sum*, quod utrum recte an secus posuerit, non est iudicii mei decernere aut definire, cum tam multa sit et copiosa latinitatis totius re- 10 gio et ut ita dicam pelagus inmensum, ut discerni omnino diuersitates ipsius et nouae adinuentiones et incognitae, ut putantur, a nemine ad liquidum possint.

Sunt qui putant pronomen *alium* genetiuum casum 15 habere, quod putatiue potius quam rationabiliter usurpatum credendum est. nonnulli enim ita declinandum rentur hoc pronomen: *alius alius ali*. multi etiam ita declinant: *alius ali alio*. nonnulli commentabantur *alius alis* siue *alionis*. sed haec omnia ex nulla certa 20 auctoritate poterunt adprobari: neque enim Ciceronis, Donis, Catonis, Uirgili Assiani aut illius Troiani aut Galbungi uel Terrenti aut alicuius ceterorum, qui de artibus multa opera fecerunt compte et pulcherrime scripserunt, dicta depromere ad firmandum hunc 25 cassum ualebunt. de hoc ergo pronomine ista sententia seruanda est, quod genetiuum cassum habere non potest.

Sunt pronomina de quibus ambigitur utrum pronomina an aduerbia intellegi debeant ut *eccum ellum*. 30 sunt pronomina quibus declinatio affectatiua uel commutatiua asseritur ut *cuius cui cuio*. scio et *cuia cuiae* et *cuium cui*. sed haec declinatio non ad auctoritatem

---

4 ortantur *N* ‖ 5 promte *N* ‖ 6 habetum *N* ‖ 10 negio *N* ‖ 11 pylagus *N* ‖ 12 nolle *N*, multae *Mai* ‖ 15 pronominalium *N* ‖ 19 non alio nulli *N corr. Mai* ‖ 22 troeani *N corr. Mai* ‖ 24 et ad *N* ‖ 31 commutatitia *N*.

refferenda est. est etiam pronomen secundum utrumque numerum per quattuor cassus declinandum, duos scilicet nominatiuos cassus et singularem et pluralem, duos aeque accusatiuos ut *nostras nostrates, cuias cuiates.*
5 sed ut haec eadem ueracia esse exemplis adprobemus, Donatus in quodam carmine ita conposuit dicens:

nostras omnis familia,
nostrates quoque pecora
euadant inminentia
10 *hostilium pericula.*

Gabritius quoque *nostrates* inquid *salutate fratres, quia et nostrates uos undique salutant.* Terrentius quoque in quarto dispositionum grammaticarum libro tale prohemium edidit: *cuias gens et cuiates populi*
15 *litteris tam prompte dediti sunt quam Tusci, quorum natura fertur ab infantiae annis sapientiae studere soli et nihil aliud amare quam semper philosophare?*

Sunt pronomina quae prompta et cognita esse uidentur, sed in aliis cassibus deficere putantur ut
20 *solus, totus, alter alterius.* sed si quis sese omnibus latinitatis lectionibus intendat, manifeste inueniet omnes cassus horum pronominum rite declinari ut *solus solius soli solum a solo,* et pluraliter *soli solorum solis solos a solis.* quamquam nonnulli genetiuum cassum
25 pluralis numeri in pronominibus non recipiant *solorum totorum alterorum,* uerumtamen legere me nec raro nec in incertis auctoribus memini hos casus trite

---

1. *Ars an. Bern. p. 136, 13:* Item Virgilius de his pronominibus dixit: sunt pronomina secundum utrumque numerum, quae per quattuor casus declinantur, ut cuias cuiatis et nominativo plurali cuiates et cuiatia et accusativo plurali cuiates; sic etiam nostras nostratis et nostrates nostrates. 7. *Ib. p. 136, 18:* nostras . . . evadent ostilium . . . Garrinus quoque gramaticus incit nostrates salutate . . vos salutant tertius . . cui agens . . qua prumpte . . ab infantia usque ad canitiam sapientie soli studere . . philosophale (*corr.* ali).

---

3 nominativus *N* ‖ 4 cuius *N* ‖ 5 veratia *N* ‖ 9 eadant *N* ‖ 12 quid *N* ‖ nos *N* ‖ 22 site *N*.

et plane declinatos: sicut in Quintiliano legi, qui erat computarius dierum et mensuum et lunae et solis *totorum* inquit *mensium quibus in sese reciproca successione reuoluitur annus, supputatio perdifficilis est et intellectu egens diligenti.* et infra: *solorum* inquit *industriorum uirorum bella quis narrabit?* 5

Sunt etiam qui *plures* aestimant in pronominibus accipiendum, quorum opinioni nec multum defidimus nec nimium fauemus. sed quae incedit quaestionem prout potuerimus explicare temptabimus. multi *pluribus* singularem numerum negant inueniri posse, sed sic declinari: *plures plurum pluribus.* requirendum sicque est, si haec pronomina sunt, quare comparationis gradus a multis recipere dicuntur, cum pronomen comparationem habere non potest, maxime cum *pluriores* a quibusdam scribantur, quod comparatiuo gradu dicendum est. unde manifestum est haec nomina magis adiectiua esse quam pronomina, praesertim cum etiam superlatiuum gradum habere dicantur ut *plurimi.* sed numerus singularis in hiis nominibus non facile inuenitur, nisi in neutrali genere, dicatur enim *plus.* praeter quod nominatiuo cassu dictum singularis numeri flexio deficit. quidam dicunt *plus* ad tria genera pertinere, quod non mihi uidetur esse usitatum. 10 15 20

De pronomine quidem satis fuisse aestimarem, nisi quia plures ex nobis quaestiones uolunt iactare, quid inter *illice, istice,* qualiter articulata a pronominibus distant, quare ipsa articula sic uocantur. *ille,* ut ferunt, famosi intellectus siue in bonam siue in contrariam accipitur partem, sicuti Aeneas rethorum et grammaticorum poetarumque peritissimus doctor, Aeneam 25 30

---

1. *Clem. exc.* 29[b]: In Quintiliano sonorum (*sic*) et totorum inveniuntur. ait enim ita solorum industriorum quis n. b. item q̧ erat inquit cōpotarius dierum et totorum mensium.

---

1 Quintiniano *N* ‖ 5 agens *N* (*an ex* aegens?) *corr. Mai* ‖ 8 accipendos *N* ‖ 9 quae *N* ‖ 12 f. sique *N*, siquidem *Mai* ‖ 16 cumparativo *N* ‖ 18 adiecta *N* ‖ *post* pronomina, ẹ̄ẹ̄ *N* ‖ 23 defecit *N*.

Troiae bellatorem laudans *felix* inquit *ille Aeneas qui decies uictor Troia fugit incensa atque in Indiam pergens quinque continuis proelians annis uitam bellando feliciter finiuit.* in malam etiam partem quod *ille* ac-
5 cipiatur, manifestum est ex ipsis Isceni cuiusdam Affricani sermonibus, quibus uituperat Donatum quendam auarum uirum: *quid faciet* inquid *ille Donatus auarus in propriis, cupidus in alienis, fur uorax?* huic, quod subostendit, licet alio itinere, uolumus edocere inter
10 *cupidum* et *auarum* quid intersit; *cupidus* namque est qui cupit semper augere; *auarus* autem qui congregata retentans nulli largitur. *iste* cuiuscumque communis ac uilioris licet habetur personae.

De articulis autem nonnullorum diuersa sententia
15 est; tradunt enim quidam ob id aut articulata iudicari, quia cum ipsis nominibus una flectuntur ut *hic homo, huius hominis.* quod si ita est, eligant utrum omnia pronomina articula uocent, quia in declinatione cuncta nominibus ipsis adherere possunt, an uero nullum ex
20 articulis excepto *hic* in articulum recipiatur, quia cetera possunt semotim declinari, praesertim cum et *hic* separatim sepe auscultemus. ista sunt *hic is quis qui tu se*, licet se nominatiuum cassum careat. unde et mihi uerius uidetur, quod nostri adserunt, omne pro-
25 nomen monosyllabe articulum dici, quod maxime Cicero adsentitur. articulum manifeste diminutiuum est deante, unde et multis uidetur tunc articulum dici, quando monosyllabe fuerit ut *hic quis is*, et hoc figurae simplicis; cum autem compositum fuerit, ⟨pronomen⟩ ut
30 *quisque, idem, hicce.* haec de articulis.

Pro dolor! sane et omni miseratione dignum est, quod multi haec articula secundum ordinem corruperunt: nam quae subiunctiua esse debuerunt, praepositiua fe-

---

1 troeae *N* ‖ 2 qui] quin *N* ‖ incensace *N* ‖ 3 contenuis *N* ‖ 6 donativum *N* ‖ 12 commonis *N* ‖ 14 anticulis *N* ‖ 15 iudeˢᵃri *N* ‖ 18 pronomine *N* ‖ 22 scultemus *N* ‖ 25 mono dissyllabae *N* ‖ 29 cumpositum *N* ‖ pronomen *add. Mai.*

cere: et econtrario quae praeponi oportuerat, inlegittime postponuntur secundum Gallienum in quadam epistola scribentem: *sciat hic in sese uindicatum.* debuit enim dicere *hic sciat.* Rectium quoque prauissime scribens ita affatus est: *is erat uir ualde bonus et maxime* 5 *prudens.* oportuit eum, si cerebri sui compos fuisset, ita conponere *erat is ualde bonus uir.* hoc in pronominibus fecere, quod etiam in copulatiuis contrario modo sepe posuerint, quorum ordinem corrumpentes *que* copulatiuam coniunctionem proponentes *et* ordine 10 postposuerint: sicut quidam Gallus noster quidem babtizatus contra gentes agens *adorant* inquid *quidem solemque lunam,* cum debuisset dicere *adorant solem lunamque.* Terrentius quoque Terrentii filius contraria uice posuit *uiri mulieres et,* debuit enim manifeste 15 dicere *uiri et mulieres.*

Multa habui huiusmodi quae disserere possim, nisi quia perlongum est omnia perscrutari. sicut enim quis uiatorum uia proposita gradiens, si alia semita declinare uoluerit, in non paruas itineris sui incurrit moras, 20 praecipue si festinare proposuerit, ita et qui scribendi officio se dedunt, si operis arrepti iter ingressi alia inter scripta properant, multam in opere suo conperendinationem necesse habebunt incidere in tantum, ut multis interiectionibus occupati, quam potissime 25 uiam gradiantur, a nonnullis incipiat ignorari. unde et lectoribus multis nasci uideam fastidium, dum longis scribendi circuitibus fatigati cepti sensus iter tandem inueniant. rectissime etenim pedum nomine hominum animi uocantur, qui per campos meditationum sapientiae, 30 siluas quoque difficillimarum quaestionum iter agentes, festinatione semper inmoderata in tantum ut lasescant die noctuque utuntur tanto desiderio accensi, ut sensum, qui latet uel qui differtur, cito inuenire desiderant.

---

7 eis *N* ‖ 9 quarum *N* ‖ 10 quae *N* ‖ proponentes] praeponentes *Mai* ‖ 11 p̄posuerit *N* ‖ 19 declinari *N* ‖ 22 offitio *N* ‖ 27 multi *N* ‖ 28 tande *N* ‖ 34 di[f]fertur *N*.

Sunt etiam pronomina, quae nonnullis adiecta esse creduntur ut *talis* legatur et *qualis;* quae primae possitionis nomina pronominibus non accidunt, uel ex eo quod adiectorum nominum modo declinantur ut *talis talis*
5 *qualis qualis,* quae consuetudo pronominibus accidere non solet; declinandi etenim genetiuus cassus pronominum multorum in *ius* syllabam terminatur et nullius in *is.* denique qui pronominum artem scribunt, hac dubitatione sermonis fiduciam praepediente genera in-
10 quientes pronominum quod sunt eadem fere sicut et nominum, non audent fidenter dicere, genera pronominum eadem quae et nominum, cum a plerisque doctoribus audiant commune duobus pronominum generibus legittime non haberi, hac causa eisdem adstipulante,
15 quod ex iis praedictis nominibus, quae sunt *talis qualis,* aduerbia nasci euidenter soleant ut *taliter qualiter.* licet enim ex pronominibus aduerbia uenire dicantur ut *meatim tuatim suatim nostratim uestratim*, tamen nisi adiectis nominibus aduerbia in *ter* syllabam latine exire
20 rite posse negantur. est et aliam causam, qua haec nomina adiecta potius quam pronomina censeantur, quia neutrale nomen in *e* habent ut *tale quale.* de hiis pronominibus uel nominibus talia dicta sint.

Alia sunt pronomina, quae geminata uocantur ut
25 *quis qui, quae qua, quod quid:* unde et in ablatiuo cassu habemus *a quo* uel *a qui, a qua* uel *a qui, a quibus* uel *a quis.* quibusdam tamen uisum est *qui* alia declinatione potiri, ut tribus tamen uicibus flecteretur nominatiuo utriusque numeri et ablatiuo totidem utriusque
30 numeri. nonnulli contendunt *qui* omni generi quoaptari posse, quippe cum in ablatiuo dicamus *a qui uiro, a*

---

30. *Exc. Bern. 195, 21:* Nonnulli contendunt — dicam — viro vel — a qui muliere dici deberet — mulierum qui nominis — huiusmodi.

---

2 talitas *N corr. Mai* ‖ 7 multarum *N* ‖ 10 quot *N* ‖ 14 haec *N* ‖ 19 adverbia inter *N* ‖ 25 quotquid *N* ‖ 27 quibusdam] quibus *N*, aliquibus *Mai* ‖ 31 a qui (i *ex* a) *N*.

qui muliere, a qui opere: siue horum sententia stare debet, *qui* per omnem numerum omnemque cassum monoptota quadam declinatione fruetur, ut *qui uir, qui uiri, qui uiro, qui uirum; qui mulier, qui mulieris* et *qui mulieres, qui mulierum; qui nomen, qui nominis, qui nomina, qui nominum* et cetera huiusmodi. quidam separatim utrumque pronomen flecti conantur et sic habent: *quis, quuius, quui, quem, a quo; qui, quorum, quibus, quos, a quibus.* alia uice *qui, quius, quium, o, a qui* et in plurali numero duo *ii* ponuntur, ut *quii quium, quiis, quios, o, a quiis.* sic et *quae, cuius, cui* (qui duo cassus per *c* propter discretionem harum declinationum non secus ponuntur) *quam, o, a qua:* et pluraliter *quae, quarum, quibus, quas, a quibus.* altera uice *qua* et in genetiuo per duo *ee quaeae, quaeae, quaeam, a quaea* uel *a qui, quaeae, quaearum, quis, quaeas, a quiis:* et neutraliter *quod, quuius, quui, quod, o, a quo, quae, quorum, quibus, quae, o, a quibus.* altera uice *quid, quius, quii, quid, o, a qui:* et pluraliter *quaeae, quaeeorum* uel *quium,* ut melius uidetur, *quis, quaeae, ⟨quibus⟩, o, a quibus.*

Haec tibi, diacone sanctissime, de pronominis ratione breuiter dicta oportunum sibi petunt finem.

III. DE UERBO.

Antequam ad uerbi explanationem manum mittimus, super qua re in epitomis pridem breuellas licet, uarias tamen addidimus, respondendum reor hiis, qui nos profano et canino ore latrant ac lacerant dicentes nos in omnibus artibus contradicos uideri nobis inuicem, cum id quod alius adfirmat, alius destruere uideatur;

1 mulieri *N* ‖ 10 qui *N* ‖ 11 quis *N* ‖ cuius] quius *N* ‖ 12 discretionem ēē *N* ‖ 15 quịa *N* ‖ 16 quaeae] quaeea *N* ‖ quea *N* quaeae quaeea queeam a quea *N* ‖ 16 f. quaeanum quis queas *N* ‖ 21 quibus *add. Mai* ‖ EXPLICIT SECUNDA DE PRONOMINE. INCIPIT TERTIA DE VERBO *N* ‖ 24 adverbii *N* ‖ 25 ephitomis *N* ‖ 26 varias] tuar *N*, tutas-regulas *Mai* ‖ 29 adfirmant alios *N*.

nescientes quod latinitas tanta sit et tam profunda, ut multimodis ⟨et⟩ uarifariis explicare sensibus necesse sit. quis enim latinitatem sensatus putet tam angustam haberi tamque artatam, ut unumquodque uerbum uno tantum fario unoque sensu contentum esse uideatur, praesertim cum latinitatis ipsius genera duodecim numero habeantur, et unumquodque genus multas in sese conplectatur artes.

Unusquisque igitur legentium sanoque scrutantium sensu (si tamen liuoris nullo torquetur morbo; nihil enim liuens sanum sentire potest, qui dum aliis inuideat, semet ipsum aperto quidem ueritatis lumine fraudat) omnis inquam lector subtili studens animo multimodis latini sermonis uias intentare consideret inprimis ipsius orationis uim atque naturam, si tamen pro subtilitate atque habundantia considerari a quoquam recte queat. deinde multas esse sicat causas, ob quas singulorum inmotatio uerborum fieri soleat: nunc enim necessitatibus, nunc discretionibus personarum, nunc metrorum conpositionibus, nunc eloquutionum ornatibus omnis oratio seruiat necesse est. si quis ergo haec e medio tollere potuerit, quod tamen fieri omnino non potest, hic ualebit in omni latinitate unam eandemque uiam, consuetudinem ac sententiam semper astruere seruandam. sicut enim uia quidem regia et publica una est, quae ad metropolitanam ducat urbem, multas tamen ex se procedentes habet semitulas, quae quidem ipsae ad eandem perueniunt urbem (nam qui duo quolibet unum iter ingressi fuerint, et unus eorum per latam et publicam uiam pergere distinauerit, alter uero semitulam quasi conpendiosiorem gradi malluerit, nihilominus tamen in eadem urbe conueniunt), ita etiam

2 multis modis fanisfaris *N* ‖ 4 tamque] quamque *N* ‖ uno (o *ex* ū) *N* ‖ 13 omnes *N* ‖ 16 quoquom *N* ‖ 19 discretionibus (r *ex* o) *N* ‖ 20 cūpositionibus *N* ‖ 21 servat *N*, serviat *Mai* ‖ 27 semittulas *N* ‖ 28 ipsa˙ *N* ‖ 28 qui *N*, si *Mai* ‖ 31 conpendi^{si}ōrē *N* ‖ 32 urbem *N*.

haec de qua tractamus latinitas, una quidem lingua in proprietate sua consistit, multas tamen immo pene tam innumerabiles sententias et orationes habet, quibus diuerso quidem sermonis tramite, unius tamen linguae ueritas adprobatur. 5

Haec autem ideo diximus, quia cum omnes orationis partes nonnullas apud plerosque dissonantias habeant, multo tamen maiorem in uerbo difficillimarum quaestionum siluam ac dissonantiarum deuia inueniuntur. unde et multa super uerbi explanatione concilia 10 apud Romanos habita esse conperimus, quibus multi et famosissimi praefuere uiri, Iulianum dico et Terrentium, Galbungum quoque et Glengum, et duos Gregorios, Regulum, et Reginum Cornilium, uirum satis eloquentem, graecae et hebreicae linguae 15 promptissimum interpretem, cuius in latino sermone fulgor ingenii tantus erat, ut nihil obscurum relinquere uideatur. qui me quoque et duos filios Iuliani, Donatum grammaticum et Donem prius rethorem simul et grammaticum, postea fidelem modo presbite- 20 rum, ad se uenientes benigne ac libentissime suscipiens docuit pleno rethoricam mense artem et alio poeticam et de reliquis grammaticam, et ita anno in conuicto ipsius scolari diei noctisque usu transacto quasi culmen quoddam, omni discipulatui nostro quo ad ma- 25 gisterium summum perueniremus, exiguam licet nostra pro mediocritate attigimus partem. quem cum super uerbi statu interrogaremus, utrum uno eodemque modo idem status seruari possit, hoc nobis responsum summa cum exultatione dedit, quia uerbum simile esse debet 30 regi, cuius animi status multi et diuersi sunt: non enim in sedatu et bello uno modo regnat neque in gaudio et tristitia, aliquoties enim rigidum esse, aliquoties

---

2 penae *N* ‖ 4 sermoni *N* ‖ 7 dissonentias *N* ‖ 13 galbulqueque *N* ‖ 14 Gregorius *N* ‖ 19 ce (& supra) donem *N* ‖ 26 exigua *N* ‖ 28 unum *N* ‖ 31 anni *N* *corr. Mai* ‖ 33 rigidum (i_1 *ex* e) *N*

mitem, modo fortitudinem regiae potestatis ostendere, modo clementiam et infirmam quodammodo proferre lenitatem. simili etiam modo uerbum multos in sese continet status: nunc enim fortitudinem infirmis largi-
5 tur, nunc fortibus aufert firmitatem. haec Cornilius, cuius sententias infra subiciemus, cum ipsius uerbi expositionem coeperimus indagari. sed nunc iam praemissa praefaciuncula, quasi quodam apologitico aduersus aduersarios defensi scuto, ad ipsum uerbum stili exten-
10 damus manus.

Uerbum pars quidem orationis usitato pene ab omnibus modo et intellegitur et uocatur; a plerisque tamen doctoribus non pars orationis, sed XII partes haberi creduntur; quas per numerum explicare, quia
15 proferre coepimus, necesse habemus. prima pars uerbi, status; secunda, formatio; tertia, ordinatio; quarta, moderatio; quinta, subfiguratio; sexta, adnumeratio; septima, inmotatio; octaua, indagatio; nona, adfirmatio; decima, inchogatio; undecima, praelatio; duode-
20 cima, declinatio. has XII partes Cornilius supra dictus Galbungusque nobis plenissime atque explananter edisseruerunt. Terrentius contra quos tauri ceu fronte corniata boans ac resistens dicebat uerbum nonnisi unam solam orationis tenere partem.
25 quod quidem in ipsarum partium, quae octo sunt, numero uerum esse nouerimus; uerum quia uerbum multimodis ac multifarias habet sententias, Terrentium non oportuit contraire doctoribus has XII partes uerbo adscribentibus, quas nisi legittime adprobauerunt,
30 tunc reprehendendi sunt ac discerpendi.

Status igitur uerbi hic est, quod omnis dictio atque ratio uel sententia usque ad uerbi locutionem differtur et quodammodo mutificatur. sicut usque ad regis sententiam auctoritatemque nulla populus prope uti potest,
35 nihil loquela, nihil numerositas consiliumque proficit, ita etiam uniuersae orationis partes, licet numerosae

---

3 multus *N* ‖ 9 adversarius *N* ‖ scutū *N* ‖ 33 *fort.* nullificatur.

sint et clarae, nisi tamen uerbum adfuerit, infirmantur et nullificantur. unde et status uerbi a nonnullis uirtus nuncupatur. quod uerissimum est, quia et testimonii uirtus in indicatiuo uel imperatiuo uel maxime traditur modo, qui duo in uerbi oratione firmissimi dicuntur 5 modi. quidam statum uerbi hunc esse dicunt, cum solum uerbum sine ullo alterius partis orationis adiumento edicitur ut est *lego* uel *dico* uel *dixi*. quod si est, ubi uirtus apparebit, si agere uerbum uisum non fuerit? uirtus enim uerbi actiui non in hoc tantum 10 agnoscitur, quod ipsum uerbum in omni oratione primum loquatur, uerum etiam cum actiuo hereat cassui.

De hoc statu librum eligantissimum supra dictus Cornilius edidit, quem si uolueritis legere, in promptu habetis. ex quo unum tantum sumam uerbum, immo 15 ex uerbo capitulum, in quo status uerbi euidenter appareat. *quare* ait *status dicatur*, *intellege: quia in primis praeposterata licet inscriptione dictionum frontibus uerbum statuitur. unde errant hii, qui statum uerbi ideo appellandum putant, quia uerbum per ordinem* 20 *declinatur: cum enim dicis statum, non ex alio modo, praeter quam stat uel statuatur, intellegi debet. unde et super statu hominis hoc dicimus, quod homo in eo quod coeperit, perseueranter stare uideatur.* sicut et Origines Africanus in quodam uolumine super statu 25 hominis edito sic fatus est: *hominis* inquiens *status si in cepto permaneat, nihil instabilitatis habebit, sed inmotabilis quodammodo et aeternus aestimabitur.*

Hunc Originem cum Romani legerent (fidelis nisi quia gentilis erat) inter fidelium libros suscipien- 30 dum decreuerunt. hunc namque morem ex apostolicorum auctoritate uirorum Romana tenuit ac seruauit ecclesia, ut christianorum libri philosophorum repositi a gentilium scriptis haberentur. cum enim necesse haberent homines in liberalibus saecularis litteraturae 35

---

8 f. quodsi ubi est *N* ‖ 25 Originis *N* ‖ 29 fideles *N* ‖ 33 sepositi *Maius in prima editione.*

studiis nati educatique, ut sapientiae ipsius consuetudinem fideles adhuc retinerent, uidentes ecclesiastici doctores non potuisse eos ab hac quam coeperant intentione deuelli, simul etiam quia maxima ex parte eloquentes uiri ad conponenda ornandaque ⟨scripta⟩ essent celestis et diuinae sapientiae profuturi, si conuersi ad Dominum et in sua eloquentia permanentes praua ad recta studia uerterent, hoc consultissime statuerunt, ut duabus librariis conpositis, una fidelium philosophorum libros et altera gentilium scripta contineret, ne fidelibus infidelia conmiscentes nulla discretio inter munda fieret et inmunda, ut si quis uellet gentilis legere, semota haberet. sed haec de hiis satis sint.

Nunc de formatione uerbi, quam secundam diximus partem, pauca fatenda sunt. formatio est qua in formas uerba censeamus inclinanda. formae autem usitate quattuor esse dicuntur: sed mihi esse uidetur contrarium, si forma dicatur illa declinationis totius perfectio, cum forma non ad declinationem, sed ad quandam similitudinis diriuatiuae imaginationem pertinere credenda est. formae ergo sunt euidentes atque usitatae, quarum prima frequentatiua nominatur; quod in Galbungi scola sumi non erat solitum, sed magis adiectiuam dicere consuerunt, dicentes eam non literis modo, uerum etiam sensibus adiciendam esse. quidam non adiectiuam sed accumulatiuam uocitarunt: cum enim dicis *uictito*, hoc intellegi das, quasi id dixeris *magis ac magis uinco*. sunt qui frequentatiua forma sic utuntur, si idem uerbum iterato scribere uoluerunt ut *uinco uinco:* quod quidam turpe putantes, si utrumque uerbum integrum scribant, foede tamen scribendi hoc moderantur modo dicentes *uincinco* et in praete-

1 edocatique *N* ‖ 5 scripta *om.* *N* ‖ 8 prava et *N* ‖ 9 librariis *Mai*, libris *N* ‖ 11 infidelio *N* ‖ 12 $\overset{\text{in}}{\text{munda}}$ *N* ‖ 13 gentilis] gentilia *corr.* *Mai* ‖ semotu *N* ‖ 17 inclinenda *N* ‖ 20 formae *N* ‖ 24 silitum *N*.

rito *uicici;* et sic *dicico* et *dixixi*, *legego* et *legegi:* quod etiam in primae coniugationis commentatiuo licet modo uerbis conantur astruere ut pro *clamito* et *uocito* habeant *clamamo* et *uocaco*, et sic secundum praeteritum tempus *clamamaui* et *uocacaui*. quod quia nulla ueritate sub- 5 nixum atque suffultum est, non ad auctoritatem sed ad ambiguitatem scribendum est.

Solent tamen nostri pene omnes in suis scriptis et saepe uerba conserere, quae uitioso consuetu tam a ueteribus quam etiam a recentibus scriptoribus in- 10 serta sunt, multas ut reor ob causas: siue enim propter ipsam glifiam, ut scilicet lectores inpediant; siue ut ueniabilius eos excussem propter difficultatis pansuram, uel certe ut hac difficultate audientium ac legentium animos incitent. et hoc modo cum a doctissimis nostri 15 temporis magistris haec usurpata sunt, non solum a praesentibus scriptoribus uelut ad indubitatam auctoritatem, uerum etiam a posteris suscipientur. sicut in libro Falangis cuiusdam Lacedaemonici uiri lectum est *scripsero;* quod ad primae coniugationis uerbum 20 pertinere a nonnullis putatum est, quia scilicet temporis futuri coniunctionem modi indicatiui temporis praesentis loco scriptor inposuit dicens: *haec uobis, amici, quasi populi mei filiis, diligenter emando et scripsero.* neque enim credendum est doctum uirum 25 (aiunt) cum copulatiuam coniunctionem interposuerit, non duo praesentia uerba conaffixisse. unde et multi nostrorum maxime Gallorum hoc uerbum primae coniugationis esse opinantur, ut dicant sepe *scripseraui* et *scripserabo* ac *scripserare* et cetera. sic etiam in qui- 30 busdam Gallorum nostrorum scriptis inuenimus *canno*, cum nos *cano* scribere consuemus. denique Bientius quidam epistolarem exercens manum talibus utitur

---

1 vincici *N* ‖ 13 veni ab illius *N* ‖ 15 animus *N* ‖ 17 indubitam *N* ‖ 18 posteriis *N corr. Mai* ‖ 19 lacedominici *N corr. Mai* ‖ 27 conafecisse *N*, conaffixisse *corr. Hartel* ‖ multorum *N corr. Mai* ‖ 32 ḥanno *N*.

initiis: *cannenti domino Seneno. cannenti* posuit pro *canenti.*

Inchogatiua forma est quae inchogari quidem, sed non finiri uidetur. quidam non inchogatiuam sed defectiuam uolunt uocari formam, quod scilicet temporibus difficiat; quod et ego quoque magnopere adsentior. quidam tamen hanc formam inchogatiuam non ob hoc dicendam putant, quod temporibus difficiat declinandis, cum sepe repperire se dicant *calesco calui, feruesco feruui, marcesco marcui, liquesco liqui, sarcesco sarcui, tacesco tacui*; sed quoniam praesentis temporis litteralis declinatio a praeterito discrepare uidetur, idcirco inchogatiuam nominari debere censeunt. quibus ex maiorum traditione facillime respondebimus non esse hanc rationem ueram, ut ex hiis uerbis quae inchogatiuae formae sunt, praeterita tempora nasci soleant ut *tacesco tacui.* alioquin haec uerba secundae coniugationis, ⟨de⟩ qua dicturi sumus, quod praeteritum tempus habebunt ut *taceo marceo sarceo ferueo caleo* et cetera, quae procul ⟨dubio⟩ praeteritum tempus habere necesse est. inchogatiua ergo uerba hoc rite dicenda sunt, quae cum declinari praesenti tempore coeperint, praeterito tamen tempore difficere noscuntur.

De his formis uerborum inter Regulum Cappadocum et Sedulum Romanum non minima quaestio habita est, quae usque ad gladiorum pene conflictum peruenit. quindecim namque noctibus totidemque simul diebus insomnes et indapes mansere, tribus militibus utrimque sumptis. Regulus enim has formas uerborum aliis nominibus, aliis quoque intellectibus, aliis etiam quam nos in usu habemus uocitabat rationibus debere intellegi. formam namque frequentatiuam omnibus simul uerbis accedere posse adfirmabat; necnon

1 initis *N corr. Mai* ‖ Seneno *N*, Sereno *Mai* ‖ 8 temporis *N* ‖ 13 incogativam *N* ‖ 17 coniugationis] *fort.* essent *add.* ‖ 20 procul] dubio *add. Mai* ‖ 21 inchoa *N* ‖ 26 habeta *N* ‖ 28 indap mansere *N* ‖ militibus] milibus *N* ‖ 29 utrumque *N* ‖ 30 intellectus *N* ‖ 31 nos quam *N corr. Mai.*

etiam inchogatiuam omnibus coniugationibus temporibus uerbis ministrare dicebat ut *calesco calescui*, et in secunda persona *caluisti*; et tali modo in plurali numero *calescuimus caluistis*. dicebat etiam unumquodque uerbum duas habere formas frequentatiuas uel 5 tres ut *lego lecto legito lectito*; et has tres primae coniugationis esse docebat. formam quoque inchogatiuam dualem esse dicebat ut *calesco calisco*, *liquesco liquisco*, *acesco acisco*.

Cui Sedulus Romanus, uir ammodum ingenio 10 acutus atque eloquentia satis floridus, taliter responsum conpositissimum dedit: o uir bone ac mitissime ciuis, noli turbare sedata Romanorum scripta, quae ab ipsa latinitatis constitutione inlessa et inconcussa nunc usque perdurarunt. has etenim uerborum formas suis lineis 15 suoque ordine Romana eloquentissima conposuere scripta, ut forma frequentatiua certis uerbis accedat. si enim omnibus uerbis eandem formam accedere fidenter asserrueris, necesse habebis exempla proferre, quibus sententiae tuae manifestum ostendas probamentum. nulli 20 etenim fas est praeter usitata uerba aliquid eloqui sine exemplo. quis enim sibi uiam orationis finget, quem nulli prius atriuere praecessores? ergo quod dicis tria esse frequentatiuae formae incrementa et inchogatiua bina, planis maiorum approbato exemplis, ut si appro- 25 baueris duplicem nobis gratiam conferas: te etenim ueritatis adsertorem monstrabis et nos horum, quae fortasse penitus ignorauimus, expertos facies.

Cui Regulus multa ex ueterum auctoritate praetendens quaedam ex hiis quae dixerat uerissima esse 30 probauit, nonnulla eorum penitus stare non posse, fortissima distructione conuictus est. ex hiis autem, quae uera esse nulli dubitantur, exempli gratia pauca

---

4 etiam *ex* enim *N* ‖ 6 f. congati *N* ‖ 8 duale *N* ‖ dicebat (i *corr. ex* o?) *N* ‖ 14 in[c]cussa *N* ‖ 18 eundem *N* ‖ asserrueres *N* ‖ 22 pingue *N*, pandat *Mai* ‖ 25 f. approbatieris *N corr. Mai* ‖ 29 f. praetendaens *N*.

proferemus. frequentatiua inquit forma tres efficientias triaque habet incrementa; primum quod duabus syllabis gaudet, ut *lecto*, quod quidem ex simplici forma paulo obscurius cernitur discrepare: unde et a multis non tam recipitur, quia formam frequentatiuam adserunt sicut literis ita etiam sensu diuersari debere, immo potius accrescere. sed nos sic dicimus, quod hic *legat*, quod est minimum saltim literas dicere, *lectet* autem qui quod legit intellegere incipit; *legitet* uero, qui quod legit intellegit ⟨et⟩ alios legere fecit tradendo in arte scribendi, quae legendi asuetudine didicerit; porro *lectitet*, qui omnino legere non desinet. inchogatiuae autem formae uerba utriusque coniugationis esse possunt, ita tamen ut utraque coniugatio alternum sibi uindicet uerbum. nam cum dicis *florisso*, primae coniugationis esse noscitur ut *florisso florissas;* sic *calisso*, *patisso*, *parisso*. mirantur sane doctores horum in quibus adsumus temporum, quare et quomodo uerbum primae coniugationis non per omnia tempora declinabitur. si enim declinatur, inchogatiuum esse non potest: nam primae coniugationis uerba per omnia tempora exire posse, faciens lectio demonstrat.

De forma uero meditatiua multi ambigunt utrum penitus esse debeat an non, multis negantibus et aliis adfirmantibus. duplici etiam nomine hoc uerbum formae meditatiuae utitur: quidam enim meditatiuam uocant, quasi a meditando; quod mihi diligenter indaganti subobscurum esse semper uidetur. nam cum dicis *uictorio*, nescio quomodo ad meditationem pertineat, quodcumque sensu intellegatur; siue ut nos dicimus *quandoque uincamus*, siue ut quidam *uolo uincere*, meditatio hiic locum non mihi uidetur inuenire. ergo

3 exemplici *N corr. Mai* ‖ 8 quod est] est *add.* ‖ minimam *N* ‖ 9 legite *N* ‖ 10 intelligit *N* ‖ 11 dicerit *N* ‖ 12 qui] q̃ *N* ‖ 13 *post* coniugationis ·τ· *in N, signum fortasse numeri* ‖ 22 faciens *N*, facilis *Mai fort. recte, nisi* paciens *praeferas* ‖ 23 forme *N* ‖ 25 dupli *N corr. Mai* ‖ 27 quid *N* ‖ 32 hiic] huc *N*.

non meditatiuam, licet id consuetudo nobis inuexerit, sed permissiuam an uoluntatiuam dicere debemus. nonnulli inter alios huius formae uerba per omnia tempora secundum primam dumtaxat personam declinare utuntur: quod non mihi uidetur inprobandum nec probandum.

Tertiam diximus partem esse uerbi ordinationem: cuius in expugnationem paulisper inmorari necesse habemus, praesertim cum de ipso opinio plurimorum tam uaria et tam diuersa sit, ut quid potissimum lectoribus animus appetere debeat, uel ignoretur uel ambigue putatiuum habeatur. ordinatio ergo est, quam coniugationem uerborum consuetudinarie nominamus: nam quod iugum in literis sonat, ipse manifestatim ordo tenet. unde rati sunt maiorum plurimi non coniugationes sed ordinationes scribendas esse. harum autem ordinationum numerum multi tres, nonnulli quattuor, alii quinque uel sex sumentes confudere. nam praeter tres, omnis eorum uacillat opinio, licet quartam coniugationem, siue ut huic in manibus habemus, ordinationem ⟨non⟩ adeo refutandam esse existimemus. porro tertiam ordinationem in tres plerique diuidendam putarunt, ut sit prima quae uero producta, ut *audio*, *dormio;* quae uel maxime in his modis uel temporibus facillimeque denoscitur, quae sumus inferius scripturi. etenim non est id quod in mentem modo uenit *lubrica irrepens raptet obliuio.*

Memini me a quodam Lupo christiano uiro Athensi in ratione uerborum satis experto, cum illum uerborum difficilium interrogarem ⟨ordinationem⟩ qualiter et quomodo et qua ratione uariata sit, taliter ab eo edoctum. *uariis* inquid, *fili*, *opinationibus non satis credas*, *quia*

---

2 an] ac *Mai* || 3 alias *N* || 4 secundam *N* || 5 inprobandum] ũ *ex corr. N* || 5 f. probandi *N itaque fortasse sic legendum* qui non mihi videntur inprobandi nec probandi || 11 *fort.* lectoris || 12 patativum *N* || 16 arum *N* || 19 vacellat *N* || 21 non *add. Mai* || 28 Atheniensi *Mai in I. editione fort. recte* || 29 f. de verborum—ordinatione *corr. Mai* || 30 ordinationem *add.*

tam multae sunt quam et cogitationes hominum. lege ergo singulorum libros et scrutare et considera et uide quid in eis congruatum atque unanime, ut ita dicam, quidue diuisum ac desentiuum: et quicquid concors et
5 *consentiuum inueneris, hoc suge et in corde tuo ueluti quoddam salubre ac suaue uinum infunde, quicquid autem discors ac desentiuum repperieris, uelut uenenosum ac toxicum penitus euita.* unde et ego hoc inserui, ut in ratione uerborum quaecumque a maioribus ac uete-
10 ribus inserta sunt, libenter suscipiatis. quae autem media sunt et quodammodo in ambiguo possita, hoc nec refutabis nec adfirmabis, et si scriptum audieris, non contendis, utrum ad indubitatam auctoritatem aut ad ambiguum sumatur exemplum.

15 Quod autem dicturos nos fore promisimus, hoc est, quod tertia coniugatio producta in specialibus intellegatur modis, hoc est quia primo indicatiuo modo tempore praesenti persona prima facile dinoscatur, dicis enim *audio*, hiic *i* ante *o* habeat ut *lanio*, uel propter
20 ea uerba, quae nec tota producta, nec omnino correpta esse repperiantur: recurras ad praeteritum tempus eiusdem modi perfectum, ubi nihil criposcium remansurum est, ut si dicas *audiui*; dehinc ad imperatiuum modum ut *audi*, deinde ad infinitiuum ut *audire*. secundus
25 autem tertiae coniugationis productae hic est, quem in quarta coniugatione suscipere se debere putant ut *eo*, *is*, *it*. tertiam autem partem eiusdem ordinationis, hoc est coniugationem correptam, tertiam esse adfirmant ut *lego*. sextam autem quam nobis in numerum
30 ordinationum adducunt, nullum omnino sanum suscipere oportet eorum dumtaxat uerborum, quae in *um* literam finiuntur ut *sum*, *prosum* et cetera.

---

5 sunge *N* ‖ 7 vininosum *N* ‖ 13 contendit *N*, contenderis *Mai* ‖ 16 specialibus (i_1 *ex* i?) *N* ‖ 18 non facile *Mai* ‖ 19 habeant *N* ‖ 22 criposcium] *fort.* scripulosum ‖ 25 *post* productae, modus *inseruit Mai, quod verbum ex superioribus facile suppleas* ‖ 28 tertia *N*.

Super hac re Aeneam aliquando interrogans, audiui ab ipso tale responsum: *discrede* inquiens, *o fili, et noli summis quidem auribus recipere, si quis tibi suaserit quod ullum uerbum assit, quod in 'um' litteram finiatur, ullius coniugationis; quae res fieri a corruptae mentis hominibus introductum est et his qui nullam ex ueteribus rationem scriptis acceperunt, uolentesque improba ut certa probare et confirmare.* sumebant quasdam quasi coniugationum species, ut alii dicerent secundae coniugationis esse, quia licet in prima persona non more solito in *eo* exeant ut *uideo*, certe in secunda persona in *es* desinunt, ut *es*. a quibus inquirere debemus utrum futurum tempus eiusdem uerbi in *bo* aut in *bor* exire posse inueniant. alii uero firmissime contendunt tertiam esse coniugationem, quia indicatiuo modo tempore praesenti numero plurali persona tertia *sunt* habet. sed quia omnino per totum uerbum nihil habent, quod tertiam coniugationem ueraciter ostendat, profecto errare eos opinabile est. falsis itaque et commentaticiis imperitorum suspicionibus detectis, immo amotis, omne uerbum quod primam habens personam non in *o* literam desinuerit, nullius coniugationis esse incunctanter definimus.

Sane etiam illud quaeritur, quare cum tres ordinationes esse omnium antecessorum doctorumque nostrorum confirmet auctoritas, in unaquaque ordinatione quasi confussibili modo alterius ordinis literae interserantur in tantum, ut in prima secunda et in secunda et tertia repperiatur prima; scribis enim sic: *lauda laudet, doce doceat, lege legat,* et ideo sollicite requirunt, qua ratione haec commixtio facta sit. super hoc plerique nostrorum et a nobis et a nostris quaesiere parentibus. quibus consultate responsum est, hoc idcirco suscipi, non quia rationabile actum sit, sed ut modorum

---

4 passit *N*, possit *Mai*, *qui* esse *post* illius *inseruit* ‖ 8 ut] et *N corr. Mai* ‖ 12 desinit] desinunt *N corr. Mai* ‖ 20 suspitionibus *N* ‖ 23 incunctanter *N*.

et temporum discrimen habeatur. si enim imperatiuo modo dicas secundum primam coniugationem *lauda laudat*, *doce docet*, *lege leget*, indicatiuum modum non putabitur et imperatiuum uelle te praedicare. hoc etiam 5 in ordinationibus uisum est ingerendum, quare in omni coniugatione hic ordo seruetur, ut in modo imperatiuo secunda persona in suo semper statu permaneat. facilis est quaestionis huius solutio, quia haec persona secunda nulla discrepatione cogitur ordinem suum 10 motare.

Nunc de moderatione strictim quidem sed plene dicere debemus. moderatio est qua per modos uerba ponderantur: in quo moderamine ratiocinatores numerorum diligenter inquirunt, quare sescopla moderatio 15 habeatur; et perpessiore laetantes intellectu secundum sex aetates uel tempora mundi sex modos uerbi ponderatos a ueteribus philosophis credunt et asserunt: sicut etiam tempora uerborum trino ordine secundum uisibilis mundi tempora permensi sunt.

20 In hac ergo sena moderatione uerborum nonnullae quaestiones incedunt. prima eorum nascitur, qui secundum literarum ordinem modos quoque uerborum ordiri debere putauerunt, ita ut ab imperatiuo modo declinationem uerbi exordirentur; praecipue si in *a* literam 25 desineret, ut *macta liga planta*, et ab hoc modo finito infinitiuus modus sequeretur, quia in *e* literam finiatur ut *mactare ligare plantare;* deinde post hunc tutum, cum ad indicatiuum uentum fuisset, a praeterito tempore perfecto incipientes, quod *ui* litera finitur ut 30 *mactaui ligaui plantaui*, in praesenti tempore finem uerbo statuerent, quia in *o* terminatur ut *macto ligo planto*. sed quia haec illorum sententia omnino suspicio

---

4 praedicere *N corr. Mai* ‖ 5 &ịṇ *N* ‖ 8 solutio (u *ex* i?) *N* ‖ 12 modos *N* ‖ 15 perpessiore] *i. q.* perpensiore ‖ 16 f. poterans *N*, positos *Mai* ‖ 20 ac *N* ‖ 21 quaestionis *N* ‖ 22 ordinum *N* ‖ 23 deberet *N* ‖ ad *N* ‖ 24 exodirentur *N* ‖ 27 totum *N*, modum *Mai* ‖ 32 sententiã in · m · m · in · o *N*. s. incepta *Mai* ‖ suspitia *N*.

magis coacta, quam ratione ueritatis uideatur esse subnixa, reliquum ordinem quo in secunda uel tertia coniugatione per singulos cuiuscumque uerbi utuntur modos reticere melius quam exsequi puto.

Nonnulli de imperatiuo modo quaestionem dicunt, 5 quare primam personam non habeat secundum nos, qui hanc negamus posse latine dici. ceterum in quodam uolumine, quod a Terrentio Marcillio scriptum adtitulant ita inuenitur, imperatiuus modus secundum tres personas, quemadmodum ceteri, inflexus. sic enim 10 habetur: *laudem*, *lauda*, addentesque in secunda persona sub distinctione scribunt *uel laudes*. sic *doceam*, *doce* uel *doceas*; *audiam*, *audi* uel *audias*; *quaeram*, *quaere* uel *quaeras*, et neutrali uerbo *sedeam*, *sede* uel *sedeas*; *dormiam*, *dormi* uel *dormias*. passiuo communi 15 et deponenti *loquar*, *loquere* uel *loquaris*; *glorier*, *gloriare* uel *glorieris*; *horter*, *hortare* uel *horteris*. et in futuro tempore eiusdem modi sic habetur: *laudem*, *laudato* uel *laudes* et sic per cetera uerba. hoc utrum sit hac ratione plenum, an consuetudinarium, immo potius 20 uitiosum, nolo audaciter discernere; quia etsi nos non habeamus in usu, uel declinationis ipsius uel celebrium lectionum certe rara lectione docemur non usque adeo rennuere, si forte contigerit primam personam in supramemorato inueniri modo. 25

Alia quaestio est quae quosdam mouet, quomodo quasi confusis uel commixtis modis infinitiuus indicatiuo uel optatiuo adiungitur, necnon et coniunctatiuo. sic enim habes *dico dicis* uel *dicere dicit*, *dicimus dicitis dicunt* uel *dicere*. tempore futuro: *dicam dices* uel 30 *dicere dicet*, *dicemus dicetis dicent* uel *dicere*. optatiuo quoque modo *utinam dicerem diceres* uel *dicere*. futuro *utinam dicam dicas* uel *dicere*, *dicant* uel *dicere*, item *cum diceremus diceretis dicerent* uel *dicere:* et in pas-

---

4 reddicere *N* ‖ 8 ad *N corr. Mai* ‖ 16 loqueris *N* ‖ 17 hortar *N* ‖ 20 ac *N*, *fort. adiectivum antecedens excidit* ‖ 22 cęlebrium *N* ‖ 24 contegerit *N* ‖ 27 cummixtis modus *N*.

siuo uerbo isdem modis scriptum inuenitur *dicere.* et ideo requirunt quae sit huiusmodi ratio, quae infinitiuum modum tam mobiliter conuertat et per omne uerbum circumferat. quibus rationem a maioribus nobis
5 traditam ac perceptam reddemus, quia infinitiuus modus secundum soloecismum pro omni modo accipiatur. et ut hoc tam tibi quam omnibus palam fiat, inuenta passim proferamus exempla. Catonius quidam Africanus in epistola ad Romanos de pace misa, *cum* in-
10 quit *pacem facere, uestra sequimini commoda*, hoc est dicere *cum facitis.* Virgilius quoque Assianus in illo opere, quod quinque uoluminibus de statu regali, greco licet sermone, scripsit et a Galirio nostri temporis grammatico uersum est in latinum, sic in-
15 chogauit dicens: *reges antiquitus secundum mores sibi solitos legittimis populos deorum statibus regebant; quos si nunc quoque istius temporis reges imitati fuerint, bene et conpetenter regnare.* hic *regnare* posuit pro *regnabunt.*

20 Sed forsan quis hoc inprobans dicat latinum interpretem propter inscientiam greci sermonis tali modorum transmotatione ussum fuisse. non autem hoc contendat: nam etsi in grecis dictionibus infinitiuus modus pro qualibet alia statui non debeat, certe apud
25 Latinos licet secundum uitiosam consuetudinem sepissime certum est inueniri. denique et Galbungus, quem nulla ratio sciendae conponendaeque latinitatis potuit praeterire, in claro Romanorum laudis imperatorum militumque libro sic non semel (ne non tam
30 de industria, quam obliuiose ponere putaretur) sed quaterna uice infinitiuum pro aliis posuit modis. in primo quidem libri loco ita dicens: *clari imperatores laude esse digni; esse* pro *sunt* posuit. postea autem

---

3 modo *N* ‖ 5 hac *N* ‖ modos *N* ‖ 8 propheramus *N* ‖ 13 quod scripsit *N* ‖ 16 populus *N* ‖ statibus] statutis *coni. Mai* ‖ 17 emitati *N* ‖ fuerit *N* ‖ 18 conpetentur *N* ‖ posuit *s. l. N* ‖ 24 libet *N corr. Mai* ‖ 28 clarorum *Mai* ‖ 30 deindetria *N* ‖ 32 cliri imperatoris *N*.

milites inquit *Romani indefessum habent studium donec semper pro suis uincere. utique excelsa Troiae moenia uertice ne disperdi caute timuere.* hoc dicens assignat infinitiuum modum in obtatiui locum recipi debere. post item aliquanta: *o sodales Romani ciuesque* (imperatiuo modo) *consulere.* 5

De impersonali modo una utrobique quaestio uentilatur, Terrentii quidem partibus obstinate contendentibus inpersonale uerbum ab omni uerbo significatorio, id est tam actiuo quam deponenti, tam neutrali 10 quam communi, nasci indubitali assertione solere excepto passiuo. nam quod ab actiuo tertiae personae uerbi passiui similitudine diriuatur, passiuum iterum non repetit, praesertim cum passiuum uerbum absque nominatiuo cassu asseri non ualeat: Galbungi autem 15 auditoribus nonnisi ab actiuo et neutrali uerbo inpersonalem modum procidere posse. quibus et ego facile assentirer, nisi Terrentii partes mile nobis exempla prodidissent, quibus sententiam suam affirmabilem fecerint. pauca proferemus in medium. namque Atticorum 20 praeceptorem ferunt dixisse: *criminator* inquid *ab omnibus, quia nos pecuniae in amicorum praesidia profligandae dura ditione pepercimus.* et iterum Donati senis exemplum proferunt dicentis: *gaudetur et gloriatur nostris in urbibus rege de exilio redeunte.* sed quis- 25 quam forsitan cum haec audierit, praesumat dicere, quia magis actiua et neutralia uerba esse eadem possint, ex quibus haec impersonalia ueniunt quam communia deponentia, ⟨id est *gaudeo*⟩ uel *glorio.* quod etsi ego alicubi inuenire potuerim, tamen quia non est usitatum, 30 affirmare non possum.

---

1 indifessum *N* ‖ 2 troeae *N* ‖ 3 vertice] utites *N* ‖ 5 sadales *N* ‖ 10 acqo *N* ‖ 17 modo *N* ‖ facili *N* ‖ 18 pantes *N corr. Mai* ‖ 20 paca *N* ‖ medium et medium *N corr. Mai* ‖ aruit quorum *N*, Terentium quorum *Mai* ‖ 21 criminatur *Mai* ‖ 22 praesidiat *N* ‖ p̄fligande *N* ‖ 26 praesumac *N* ‖ 27 activa] aqua *N corr. Mai* ‖ 29 *post* deponentia *ras. 8—10 litt. in N* ‖ id est gaudeo *suppleuit Mai.*

De optatiuo quoque modo famosis et uentilabilis quaestio nascitur, utrum namque in declinatione tres tantum temporum efficientias ostendit. ita etiam ratio continuat, utrum secundum eorum intellegentiam prae-
5 sens tempus et praeteritum inperfectum modus non recipiat, an potius duo tempora sub una declinatione uel propter latini status breuitatem uel etiam ut audentius dicam, propter angustiam per duos ordines contineantur, ut cum dicimus *utinam rogarem* et ad utrum-
10 que tempus id est et praesens et praeteritum inperfectum, pertineat. item cum dicimus *utinam rogassem* ad duo excurrentia tempora coniugatur: quod et ego in epitomarum opere ita esse sentiendum scribsisse me arbitror. ceterum de coniunctatiuo modo, quia nulla ambiguitas
15 est, nihil tractandum puto. propter quod etiam indicatiuum modum in eundem praedictum, id est coniunctatiuum, redigendum ac recipiendum nonnulli ueterum putarunt; quibus nec ego rennuere possum. quoties ergo indicatiuus modus sententiae caput non facit,
20 simplicem coniunctionem faciat necesse est. simplicem autem ideo dicimus, quia non tam doctis, quam simplicibus ac prosaticis exordium sumpsit haec scribendi consuetudo. ceterum apud peritos quosque Latinorum omne uerbum quod non ad dicturae caput pertineret,
25 coniunctiuo semper modo ponebatur.

Nunc de subfiguratione breuiarius quidam sermo dicendus est. primum ergo requirendum est quare conpositio uerbo accidat? ob tres ut opinor causas, prima est quarum propter sensuum expletionem uel inmo-
30 tationem: secunda propter metri compositionem: tertia est propter loquelae ipsius decorem conponendum. primam causam diximus esse, qua per figuras conpositas

---

1 famosit *N* ‖ 4 ut *N corr. Mai* ‖ corum *N* ‖ 5 mundus *N corr. Mai* ‖ 6 declinatio *N corr. Mai* ‖ 12 ephetomarum *N* ‖ 13 scrib[s]isse *N* ‖ 15 tractantum *N* ‖ propter] p̃ĩ *N* ‖ 19 ergo] et ego *N corr. Mai* ‖ sententia *N corr. Mai* ‖ 29 sensum *N* ‖ 30 tertiae *N* ‖ 31 docerem *N*, characterem *Mai* ‖ 32 catisam *N*.

sensus uel explentur uel inmotentur. expleutur quidem, cum per hanc figurarum assumptionem perfectiores et pleniores redduntur sententiae, uelut si dicamus *dico perdico*, *doceo perdoceo*, *facio perficio*. *dico* enim et *doceo* et *facio* etiam ab incipiendo possunt intellegi: 5 cum autem docendi aut dicendi operisue faciendi finis aduenerit, tunc *per* conpossitio addici potest. motantur uero sensus per has subfigurationes duplicem ob causam, uel propter distructionem uel propter aedificationem. distruuntur quidem cum dicas *dissipo* uel *discredo;* illud 10 ad sepis distructionem, hoc ad incredulitatem respicit. aedificantur autem cum dicis *consipo* et *concredo;* quod enim illic distruxisti, hic reedificas. conponuntur etiam uerba propter metrorum ut diximus conpositionem, sicut in uersu quodam Graeci oratoris legimus hoc modo 15 dicentis: *bella Gallorum toto concessent in orbe*. hic enim *con* nihil ad sensum addidit, propter quod uersum tantum expleuit. haec de figuris dixisse sufficiat, praesertim cum in epitomarum praedicto opere diligentius de figuris quaedam dixerimus. 20

Nunc ad annumerationem ueniamus. multi putant simplicium scriptorum hanc annumerationem uerborum eandem esse quam et numerum uerbo inter septem usitatas species accidentem, sed nos hunc intellectum firmissime distruimus, quia numerus simplex dualis est, 25 singuluris dumtaxat et pluralis, annumeratio autem usque ad duouienti species peruenit: quod factum ita nostri intellegunt, quia in prima Hebreorum lingua idem elementorum uoluminumque numerus editus est: ob quam causam etiam philosophi antiqui uerbum ex 30 duouienti speciebus in unum ordinati sunt. et ut hoc tibi manifestius reddatur, singulas annumera species.

---

2 figuratrum *N* ‖ 10 dissipo] *fort.* dissipio (= dissaepio) ‖ 12 consipo *N*, constipo *coni. Mai*, *fort.* consipio ‖ 13 redificas *N* ‖ 15 Graeci *N*, Gracchi *coni. Mai* ‖ 16 dicentes *N* ‖ 17 cum *N* ‖ 19 epithomarum *N* ‖ 22 simplitium *N* ‖ 24 intellectus *N corr. Mai*, *nisi malis* hinc *emendare* ‖ 32 redatur *N*.

habes ecce in primis qualitatem uerbi per modos et formas X species habentem. modi siquidem sex habentur et formae quattuor. habes ternam coniugationem quinamque significationem. hic octo species concluduntur. per duplicem autem figuram et dualem numerum haec ⟨summa⟩ suprascripti consumatur.

Uerum quare tempus quod ternum est et persona quae aeque terna esse animaduertitur, ex hoc excipiatur numero, forte requiratur. sciendum proinde est istoicorum hunc esse morem, ut cum typum aliquem uel numerum praetendere uoluerunt, non tam totam summae plenitudinem, quam quod ad typum pertineat propositum annumerent. quorum unus qui erant, ut rebantur, praecipuus Chromas nomine ad nos usque peruentans quattuor tantum uocales literas numerandas esse censebat. cuius rei rationem cum ab eo Aeneas meus perquireret, tranquillo reddidit effamine: *scimus* inquit *et nos quidem quinque esse litteras, quae uocales dicuntur, nostrorum tamen ueterum parentum mos antiquaris erat, ut nullum numerum absque typo mensurarent. unde quia quinquenum supputatione stoica numerum nullus cardinalis praecesserit typus, quattuor tantum uocales litteras subtracta ·U· principaliter summauerunt.* uel certe ob hoc quidam *u* literam inter uocales non receptarunt, quia non tam uocalem ueteres quam ambiguam appellari debere credebant, quia aliquoties pro uocali, aliquoties pro muta accipitur. sed hoc silentio praetermittamus.

Illa autem ratio, ob quam quattuor uocales literas quasi praeiudicatoria auctoritate annumerabant, haec est, quod iste intuebilis mundus quattuor constat eli-

---

1 habet *N* ‖ 4 concludantur *N* ‖ 5 *post* haec *spatium 3—4 litt. N* ‖ 6 summa *add. Mai* ‖ consummatur *Mai* ‖ 8 et hoc *N* ‖ 9 histoicorum *N* ‖ 10 tympum *N* ‖ 12 quod quam *N* ‖ 15 litteris *N* ‖ 16 cen[sen]sebat *N* ‖ 17 meos *N* ‖ 19 mons *N* ‖ 20 typpus *N* ‖ 23 subtractat *N* ‖ 28 praemittamus *N corr. Mai.*

mentis, terra scilicet igne aqua atque aere. quod Plastus elegantissimo carmine diseruit dicens

limo solubili,
lympha meabili,
igne ardibili, 5
aura mutabili,
mundus uisibilis
sumptus initiis,
cuius terribilis
pendit tristities. 10

secundum hanc itaque rationem, quam praedictus Chromas intulerit, in hac quoque annumeratione nostra, qua uerbum totum annumeramus, tempus et personam excipimus, ne si hiis acceptis octo et uienti species, ut est necesse, fuerint repertae, numerus typo 15 uacet. quamquam si tempus in quinque species diuidatur, adiunctis tribus personis octo species inueniantur; quas cum uienti duabus adiunxerimus, iuxta lunarem rationem XXX faciemus.

Nunc de inmotatione pauca nobis edicenda sunt; 20 quae inusitata quidem est, sed hiis qui nouis adinuentionibus dilatantur utilis ac necessaria esse uidetur. inmotantur autem uerba simpliciter per literas, per sonos, per sensus, per figuras, per tempora. inmotantur quidem per literas secundum duas efficientias, hoc est 25 siue per uitium dedecorosum, siue per necessitatem consuetudinariam. per uitium quoque decorosum, cum in uersu Horatii legerimus *aggo* pro *ago*. hiic adiectio *g* sequentis uitiosa est. sed cum agitur laetitia uel festiuitas, sic consuerunt dicere *aggo*. sic enim in prae- 30

---

2 deseruit *N* ‖ 8 initii *N* ‖ 9 terribile *coni. Mai* ‖ 10 tristitiā *N*, exitium *coni. Mai* ‖ 12 Cromas *N* ‖ 15 typpo *N* ‖ 19 faciem *N* ‖ 20 pauat *N* ‖ aedicenda *N* ‖ 22 dilatantur *N*, delectantur *coni. Mai* ‖ ad necessariam *N* ‖ 23 verba qui *N* ‖ sonas *N* *fort.* sonus ‖ 24 sentis figuras *N* ‖ 26 sed decorosum *N* ‖ 27 quoque *N*, quidem *Mai* ‖ 28 Oratius *N* ‖ 30 sic_1] si *N* *corr. Mai.*

dicto uersu habet *laetaque aggunt in moenibus festa*. ornatius enim et firmatius rentur, si quandam conponderationem linguae per syllabas faciunt. unde et idem poeta commodius ratus est addere *g* in priori
5 syllaba, quam semigrauato literarum numero unam contra quattuor ponderare. hac de causa in plerisque literae duplicantur consonantes, ut *cellum* pro *celum* et *uellim* pro *uelim* et *ollim* pro *olim*. inmotantur autem, ut diximus, per necessitatem consuetudinariam, cum in
10 usu habeamus scribere *sperno* et *cerno*; cum apud ueteres Romanae eloquentiae doctores, et eos praecipue quos probabilitas suarum claros apud omnes efficeret doctrinarum, *spero* et *cero* poni debere sensere, refutantes *r* et *n* absque ullius uocalis interiectione scribi pariter
15 posse. sed quia *cero* et *spero* alium habent effectum (nam *spero* ex *spe* nomen accepit, et *cero* hunc sensum habet cum quis a *cera* conponit) idcirco *n* necessarie addita est ad spretionem et ad certam uisionem.

Inmotantur etiam per sonos, quia duo quaelibet
20 uerba hisdem literis et syllabis scribuntur, sed non eundem habent effectum ut *lego lego*; quae nisi sono discreta fuerint, confusibiliter diligentur, propterea *lego* ex lectione in prima syllaba acuetur. nam *lego* ex legatione in eadem syllaba corripietur. motantur etiam
25 per sensus nec sono nec syllaba nec litera distantia ut *credo credo*. nam *credo* de credulitate dicitur, quod omnibus clarum atque propatulum est. est etiam *credo* iuris iurandi, cuius exempla (quia fortasis aliis inusitatum est) proferemus. Virgilius Troianae scolae
30 doctor contra Romanos scribens eosque falsitatis esse arguens, ita infiuit: *o Romani, cur uestrae inmemores*

---

1 menibus *N* || 5 nomero *N* || 6 ac *N* || 7 litterate *N corr. Mai* || caellum *N* || 12 clarus *N* || efficeret *N*[1], -at *corr.* || 13 censere *N* || 16 ex] et *N corr. Mai* || 17 abet *N* || 18 ptionem *N*, spretionem *Mai*, *qui add.* significandam || 19 que *N corr. Mai* || 20 et] ut *N*, ac *Mai* || 22 fierint *N* || diligenter *N*, dicentur *Mai* || 23 num *N* || 28 iuris iurando *N* || 31 imfiunt *N* || Ramani *N*.

ueritatis, quae credidistis, transgredi uoluistis? hoc est dicere *quae iurastis.* Cato quoque *si quis* ait *discredat, merito dampnetur.* hoc est *periuret.* sic etiam *lucror* duplicem sensum habet, pecunias scilicet acquirendi, periculum nihilo minus mortemue euadendi. sic *coibeo* 5 ad continentiam siue alicuius rei indulgentiam concessionemque pertinebit. motantur quoque per figuras, quod omnibus apparere legentibus potest: uerumtamen uno hoc probabimus exemplo. dicimus enim *construo* et *adstruo;* aliud enim aedificandi, aliud adfirmandi. 10 motantur nihilo minus per tempora, cum in lectionis consuetudine habeamus in usu praesentis tempus ⟨pro⟩ praeterito perfecto scribere, ut Catonis: *cum uenissent* inquid *utrique primi allocuntur Romani.* hoc est *allocuti sunt.* sed qua ratione istud usurpatum est, paucis 15 perdoctum est, nisi quia multi Latinorum a ueteribus sibi traditum putant praesens tempus ad utrumque pertinere, siue quod id temporis agitur siue quod certissimo tempore quasi praesenti in actu praeteriuit.

Nunc ad indagationem uerbi ueniamus. indagatio 20 uerbi tribus modis intellegitur: in coniugatione, in declinatione, in metro. in coniugatione quidem per tres literas principales indagatur, quae sunt *a e i,* quibus quasi quadam indagine a secunda persona modi indicatiui omnis coniugatio per singulos modos dinoscitur 25 ut *laudas fulges sepis.* indagatur autem in declinatione per quinque tempora, quae manifesta sunt: uia quippe uerbi declinandi tempus est. sepe etiam indagatur in metro per pedes, qui sunt syllabae: crescente etenim syllabarum numero metra uerbi conponuntur in uersus, 30 quod planius in declinatione probabimus.

Affirmatio uno modo secundum nostros, cum duo uerba pro affirmanda sententia uni dictioni praesidunt

---

1 credistis *N corr. Mai* ‖ 4 atquirendi *N* ‖ 5 co[h]ibeo *N* (h *fere* eras.) ‖ 12 usum *N* ‖ praesentis *N*, *fort.* praesente ‖ pro *add. Mai* ‖ 16 perdoctum *N*, perdocendum *Mai* ‖ 17 traditam *N* ‖ 19 actum *N* ‖ 20 indigatio *N*.

secundum illud Aeneae dicentis: *reges Romanos aequa et uera sententia credimus et fidimus.* sufficeret dici *credimus*, nisi quia sententiam affirmare uoluit. affirmatur etiam hoc dicendi statu uerbi, cum dicimus *uenit*
5 *inquit uir.* hoc pro affirmatione tantum, ratio enim sic haberet *uenit inquiens uir.* sed quia si modum indicatiuum in una dictione duplicatur, putant se fortiorem facere sententiam, idcirco uerbum *inquit* participali modo ponunt, sed tamen cum subponatur prius
10 *loquitur:* nam praeposterato ordine scribendi sic dicis *inquit uenit.*

Inchogatio in una tantum uerbi forma habetur, quae forma ob hoc inchogatiua dicitur, quia praeteritum tempus non habeat, ut *calesco.* quamquam multi Lati-
15 norum diffinite affirment nullum uerbi fieri debere, quod praeteritum tempus non habeat. quibus nec ego rennuerem, cum multa eiusmodi uerba, quae uidentur inchogatiua, praeteritum tempus habere cernuntur, nisi quia perfectae formae uerba prohibent in eorum con-
20 uenire sententiam, quae praeteritum tempus sibi rectius uendicent. sed cum hoc illis obiecerimus, responderunt praeteritum tempus geminae ordinationis uerbis commune esse solere ut *floreo floresco*, et utrique conuenire *florui.* sed hoc quia scolarum nostrarum auctores num-
25 quam in usu habuere, in ambiguo relinquentes doctorum nostrorum sententiam proferemus, quod uerba inchogatiua praeterito semper careant exceptis hiis quae inchogatiuis similia, quia uerba ex quibus nasci debeant non praetendunt se habere: ideo praeteritum tempus
30 habebunt ut *conpisco conpiscui*, *cognosco cognoui*, *erubesco erubui.*

Nunc praelatio suo ordine ponenda est. quid est autem praelatio, et quomodo sine postlatione intellegetur? praelatio ergo in modis solis constat, cum

---

15 diffinire *N*, definitive *Mai* ‖ 21 cum] eum *N* ‖ 22 cummune *N* ‖ 23 conveniri *N* ‖ 26 f. inchoativae *N* ‖ 28 simlia *N* ‖ 30 erubes *N* ‖ 33 illigitur *N* ‖ 34 f. com modos *N*.

modus indicatiuus omnibus supereminet et ordine et uirtute.

Hiis nunc peractis solum quod restat explicemus, declinationem scilicet quae omnibus scolaribus etiam pueris prompta est ac trita. uerum secundum poetas 5 per metra et non secundum grammaticos per prosam declinandum est. et ut syllabas crescere uideatur, uerbum monosyllabe secundum promisum in indagatione dilatatum declinemus. uerbum neutrale monosyllabatim indicatiuo dicto modo *flo flamus*, *flas flatis*, *flabam* 10 *flabamus*, *flant flate*, *fla fletis*, *flemus flatote*, *flem flato*, *fles flebo*, *flauere flare*. et ut spatiosius et ad alia uerba reddatur exemplum (quia quae subrelicta sunt de hoc uerbo prosatores quique ac uersidici mensurare ualebunt) etiam ad dissyllabata tendamus, quae sic mensu- 15 rantur *laudo*, *laudamus*, *laudatis*, *laudas*, *laudabamus*, *lauda*, *laudaui*, *laudasti*, *laudaueramus*, *lauda*, *laudemus*, *laudate*, *laudes*, *laudare*, *laudabimus*, *laudabitis*, *laudatu iri*, *laudans*, *laudantis*, *laudanti*, *laudaueritis*. scire debemus trissyllabata uerba per hosce uersus non 20 tam facile posse nisi per scissuram pensari. et ideo quia finis epistolae in proximo est, ad tetrasyllabata transeamus, quae sic declinantur: *intellego*, *intellegis*, *intellegamus*, *intellegit*, *intellegunt*, *intelleguntur*. scire et annotare debet unusquisque uersidicorum, quod 25 unumquodque fonum pro dubiis longum breuibus in uersu et metro annumeretur. nunc, sicut promissimus, epistolarem sermonem finiamus.

---

5 prumpta *N* ‖ 6 prosa *N* ‖ 7 *fort.* syllabis ‖ 8 monosyllabę *N* ‖ 9 dilatum *N corr. Mai* ‖ 14 pueatres quiq; *N*, pateant unicuique *Mai* ‖ versudici *N* ‖ 21 scissura *N* ‖ 22 epistule *N* ‖ 25 annutare *N* ‖ 26 ꝑ dub; *N*, procul dubio *Mai* ‖ 28 finiamus] EXPLICIT TERTIA DE VERBO.

IV. DE ADUERBIO.

Omnis urbs munita et cincta ciues hostibus non tradat: ita historica expositio si recte ac ratabunde fuerit perordita, nullius reprehensionis locum ulterius habebit. unde nos doctores monent ut omnes artes non 5 solum principales, uerum etiam mediocres atque officiales recte in presis statuantur. propter quod et ego, quia tibi de nomine ac pronomine uerboque breuiarias expositiones per epistolas intimauerim, inferiores quoque partes breuioribus quidem sed propriis epistolis 10 ecplanabo, praesertim cum epitomis de IIII partibus unum feci opusculum, quae residuae sunt aduerbio scilicet participio coniunctione et praepositione. his si proprias habeant epistolas, paulo latius aliquid legentibus conferatur ad sensum.

15 Aduerbium ergo quarta orationis particula est, quae quia uerbo adheret, aduerbium nuncupatur, sicut pronomen ex nominis communione uocatur. sed hiic quaestio adcurrit. forte enim aliquis inquirat, quod non dubito euenturum, si propterea aduerbium uocatur, 20 quia uerbo semper adiungitur, quo nomine uocabuntur aduerbia conparandi uel qualitatis et quantitatis, quae nonnumquam non uerbo tantum sed aliis partibus adiunguntur? dicimus enim *magna ualde uenit turba.*

---

15 *Excerpt. Bern. p. 199, 16 et Leid. f. 79*: Adverbium est quarta — nuncupatur; sed hic quaestio adcurrit, quo nominé vocabuntur adverbia conparationis vel qualitatis vel quantitatis, quae non verbo tantum sed — turba, dicimus etiam tam docte tam — et hi — partes numerant unam (unum *L*) vocantes prisco nomine adverbium, quod (q; *L*) adheret verbo, alteram expressorium (et pressorium *L*) nominant etenim que nominibus vel — significant.

INCIPIT QUARTA DE ADVERBIO *N* ‖ 2 historia *N* ‖ 6 presis *N*, praeceptis *Mai* ‖ 9 prospis *N*, perspicuis *Mai in edit. altera* ‖ 10 etplanabo *N* ‖ cum] in *add. Mai* ‖ ephitomi *N* ‖ 12 his *N*, ab his *Mai.*

numquidnam poteris ita conponere *uenit ualde?* alioquin quomodo sententiam intellegetur? dicimus etiam *tam docti* et *tam ueloces*. unde et hii, qui non octo sed plures orationis partes annumerare uolunt, aduerbium in duas partes diuidunt, unam prisco nomine 5 aduerbium uocantes, alteram expressorium. etenim aduerbia, quae nominibus uel aliis aduerbiis applicamus, non tam adiunctionem solitam, quam sensuum expressionem significant. aduerbium aduerbio adherens sine conparatione aliqua ad affirmationem tantum pertinebit 10 ut *tam digne* et *ualde uiriliter* et *satis pulcre*. unde non paruum errant qui *et* coniunctionem copulatiuam interponunt, ut sit *satis et pulchre*.

Aduerbiorum significatio multimoda est. sed multi existimant nulla aduerbia ex sese nasci posse: nam cum 15 dicis aduerbium separandi *seorsum*, habes nomen ex quo nascatur, ut est *seurus*, hoc est qui se ipsum ab humano separat consortio: sicut et *adorus*, qui se ipsum ad omnium ora ostendit iuxta illud Ciceronis: *si peritus fuero, adorum me faciam omnibus; sin alias,* 20 *seurus efficiar, timens me conuentibus tradere peritorum. simul* aduerbium congregandi, et ex similitudine nascitur.

Multi obtendunt nobis quaestionem, quomodo adiecta nomina ex aduerbiis uenire uideantur, ut *heri*, ex 25 quo *hesternus; hodie*, unde *hodiernus; cras*, unde *crastinus;* debuerant enim magis aduerbia ex nominibus nasci. super hoc Aeneam consulere me memini, qui mihi respondit, quod nisi usitate consuetudo haec temporis aduerbia esse tradidisset, temporalia magis nomina 30 et monoptota credenda forent, unde haec diriuatiua nascerentur. et ne sui ipsius promere sententiam uideretur, a quodam se sene Iulio doctore didicisse asse-

---

1 numquitnam *N* ‖ aliquin *N corr. Mai* ‖ 3 velocet *N* ‖ 5 prisco (i *ex* e) *N* ‖ 6 adverbiorum *N* ‖ expresorium *N* ‖ eccenim *N cf. Excerpt.* ‖ 8 sensum *N corr. Mai* ‖ 11 pulcrę *N* ‖ 18 adoris *N corr. Mai* ‖ 27 debuera[n]t *N*.

rebat addente hoc quod, quia haec nomina declinationem non habent, ideo ab insciis aduerbia putantur; sicut et *nequam* et *nugas* a quamplurimis qualitatis aduerbia propter defectum declinationis aestimantur. *sed*
5 *hoc* inquit *Romanis non placebit, quia plus solent obstinatae consuetudini quam certae rationi consentire.*

Sunt etiam aduerbia, quae ex quo nascantur, ambiguum est, ut *frustra*, *nequiquam*, *nequiter*. *frustra* enim utrum ex originali nomine, an ex imperatiuo
10 modo uerbi communis ueniat, adhuc in electione pendit lectorum. *nequiquam* autem et *nequiter*, sic ambo ex *nequam* ueniunt, sicut multis Latinorum uidetur; hoc tantum mouet plurimos utrum aduerbia in *ter*, nisi ablatiuo casu adiectiui nominis in *e* literam terminato, uenire
15 possint; quod quia certum non habent, *nequiter* omnino refutant. Sed nobis aliud uidetur esse *nequiquam*, aliud *nequiter: nequiquam* enim pro sine causa uel frustra intellegitur, *nequiter* uero ad peius proficit. multi etiam quaerunt, quare *qui* in medio situm sit, ut pro *nequam*
20 *nequiquam* legatur, cum etiam *nequam* sicut in omni cassu genere ac numero, ita etiam aduerbialiter adsumi possit. sed propter discretionem tantum hoc additamentum mediae syllabae susceptum est. ceterum *nequiter* aut simpliciter ex *nequam* accipiant aut ex sese
25 nasci intellegant, quia aliter non habent; aut si magis putent, penitus respuant.

Requirunt etiam utrum ex participiis aduerbia nasci possunt; et si possunt, ex quo participio, utrum ex omnibus an ex aliquibus. spondeo quidem me etiam
30 palam omnibus peritis orbis professurum, quod ad-

---

7. *Excerpt. Bern. p. 199, 25 et Leid. f. 79*[a]: Sunt adverbia ex quo nasci ambiguum est — frustra enim (*om. L*) utrum — verbi communis incertum habetur. nequiquam — nequiter ex — videtur.

---

2 habet *N* ‖ inscis *N* ‖ 5 placebit (i *ex* a) *N* ‖ 9 nomae *N* ‖ 11 si *N* ‖ 13 plurimus *N* ‖ 15 possit *N* ‖ 19 ut] et *Mai* ‖ 21 neutro *N corr. Mai* ‖ 23 media *N* ‖ 26 putet *N*.

uerbia ex participiis indubitanter ueniant. si autem quaeritur ex quo a participiis, dicam ut expertus sum, quia ex participio temporis praesentis communis generis, ex participio temporis praeteriti cuiuslibet uerbi aduerbia sumuntur. ex duobus autem futuris participiis 5 nullus peritorum aduerbia sumpsisse conprobatur; dicimus enim *docenter*, *sapienter*, *instanter*, *perseueranter*, quamquam secundum Galbungum ex participio praesentis temporis actiui uerbi sumi abnuatur aduerbium, sed ex participio neutralis uerbi trahatur. necnon 10 etiam ex communis ac deponentis participiis idem doctor aduerbia uenire nisi uitiatim abneget, ut in praeterito tempore secundum trinam significationem passiuam scilicet communem ac deponentem aduerbia uenire, nullus peritorum negare potest: siquidem dica- 15 mus *docte*, *osculate*, *suspicate*, *locute*. audiui tamen, aput Affrorum scolas frequenter dici, quod ex deponentium uerborum participiis, eorum maxime quae agendi consuetudinem non habeant, aduerbia nasci non soleant. 20

Quae cum ita sint, intenta doctorum ambiguitate sibi ut uidetur desonantium, consulendum nobis est, ut ea quae a nemine dubitentur, statute ac definite sumamus, id est ut a participio praesentis temporis neutralis uerbi atque ab eo quod passiui uerbi com- 25 munisque sit, praeteritorum dumtaxat temporum aduerbia semper sumamus ut est *perseueranter*, *firmate*, *scrutate*. secundum hanc regulam etiam in conparatione et praelatione participiorum, aduerbiorum quoque ratio seruabitur. 30

Aduerbia autem, quae in *im* syllabam mittuntur, non ex uno initio sumuntur. quaedam namque eorum

---

5 f. *inter* participiis *et* peritorum *spatium 5—6 litt. in N* || 6 peritorum] originem *Mai* || 10 participium *N* || 15 negari *N corr. Mai* || 16 usculate *N corr. Mai* || locute (o *ex* u) *N* || 21 intenta *N*, attenta *coni. Mai* || 22 desonentium *N* || contulendum *N* || 26 dumtaxat aṭ *N* || 27 perseverant̂ *N*.

adiectis nominibus ueniunt ut *caelestim*, *furtim*. quaedam uero ex possessiuis pronominibus nascuntur ut *meatim*, *nostratim*. quaedam etiam ex participiis uerbi passiui ut *strictim*, *singillatim:* nam *singillo* trite legitur
5 iuxta illud Domini eloquentissimi et modestissimi uiri dicentis: *non est mediocris uel facilis negotii bonum singillare a malo.* nonnulli etiam ex primis nominibus uenire aduerbia suspicantur ut *partim*, quod sit ex parte dictum, et *uoluntatim* ex uoluntate.

10 Quid nunc? quia de aduerbiis alicubi dixisse me arbitror, sermo breuiandus est; ante cuius finem illud mihi Aeneae memorandum est, quod cum interrogassem eum, utrumne aduerbia conponi possint, sicut et ceterae orationis partes, ita mihi respondit: quid me
15 interrogas id quod tritum est? nam aduerbia duas conpositionum regulas habent; prima, quae secundum partem ex qua ueniet intellegitur ut *edocte indocte insipienter inepte reprobate appense:* secunda, quae in aduerbiis localibus subiunctiue ponatur; cuius rei causa
20 erit, cum aliud locale aduerbium in quacumque scriptione praecesserit. tunc dicis *ibidem*, sicut etiam hic mos in pronominibus sepissime inuenitur, quando cuiuslibet persona ante prolata sermone prosequente dicatur *idem* uel *eadem*. est etiam aduerbium ablatiui cassus
25 pronominalis simile ut *illo:* nam sepe dicimus *illo exibimus*, hoc est *illuc*. sic et *quo*, cum dicimus *quo uadunt*. sed haec aduerbia mobilia semper sunt. quia autem hiis dictis supra memoratus Aeneas suum finiuit sermonem, mihi quoque hanc epistolam scribenti hic
30 terminus ponendus est.

---

1 adiectis] ex *add. Mai* ‖ fortim *N* ‖ 2 ut] ad·*N corr. Mai* ‖ 5 dñi *N*, Donati *coni. Mai* ‖ 11 breviendus *N* ‖ 13 possit *N* ‖ 14 quit *N* ‖ 17 ędocte *N* ‖ 25 prominalis *N corr. Mai* ‖ 26 ń quo *N* ‖ 29 epistulam *N* ‖ EXPLICIT QUARTA DE ADVERBIO.

V. DE PARTICIPIO.

Dicturi de participio, de quo et a nobis et a plerisque doctoribus sermo frequens factus est, illud mei Aeneae in prohemio operis conmemorandum puto. obtimum etenim est et ualde peroptimum omnem discipulum in fine omnium scriptorum atque initio prae- 5 ceptoris sui indeffessam facere mentionem, quem humanae disciplinae tertium sibi patrem uocant. itaque Aeneas meus triplam participiorum adserit esse uirtutem, quod in libro de omnium artium uirtute scripto atque ordinatim degesto tali edidit modo: *prima* inquit 10 *uirtus participiorum, quod nomen et uerbum duas principales orationis partes obtinet. secunda, quod sicut uerbum fuerit actiuum, eodem modo et ipsum agit. tertia, quod si in fine testimoniorum positum fuerit, pro uerbo accipiatur; quod tamen non iugi consuetudine sed raro* 15 *accidit.* haec Aeneas.

Sciendum inprimis est totum participium per omnes sex cassus duplices agere solere illo dumtaxat uerbo, cuius sit significationis, agente. nominatiuus cassus participii modo et ablatiuus sepe pro se inuicem ponuntur. 20 quod utrum sit rectum an secus, eorum qui ita scribunt arbitrio relinquamus. nam pro nominatiuo ablatiuum participalem positum sepe inuenimus, secundum illud Glengi: *hoste per portas rumpente ciues uacillauerunt.* de hoc tamen sententia uel maxime uariatur quibusdam 25 opinantibus septimum ex utroque nomine cassum ad-

---

8. *Exc. Bern. 200, 3 et Leid. f. 79*[b]: Aeneas (aenias *L*) meus triplam (participii *L*) adserit esse participii virtutem; prima, quod verbum et nomen duas principales partes obtinet; secunda quod si a verbo activo fuerit, eodem modo agit; tertia (tertio *L*) si in fine testimonii — accipiatur (eodem modo agit pro v. a. *L*).

INCIPIT EIUSDEM QUINTA DE PARTICIPIO *N* ‖ 3 cōmemoranda *N* ‖ 12 orationes *N* ‖ 16 Aneas *N* ‖ 19 sint *N* ‖ agentem *N*.

sumi, quibusdam uero secundum Galbungi traditionem asserentibus octauum potius utriusque nominis hunc cassum sentiri oportere. quod et Aeneas probat, unde et scribens mihi quoddam nomen ita declinauit:
5 *proson, prosonis, prosoni, prosonem.* et cum ad ablatiuum uenisset, eundem cassum triplicauit caraxando.

Cuius rei ergum inquirenti mihi, ita exsoluit dicens: *sextus casus, qui est ablatiuus et septimus atque octauus litterarum forma similes sunt, nisi dictione ac*
10 *sententiae qualitate discrepauerint. sed si a dictione discernuntur, ablatiuo casu 'ab hoc prosone bene clamatum est'. septimo casu 'hoc prosone clamatorie fruuntur'. unde reprobandi sunt qui dicunt 'fruuntur ab eo siue eum siue eius', huiusmodi enim uerbum fruor, sicut et*
15 *nonnulla similia, nulli ali casui nisi soli septimo adiungi debet. octauo autem casu 'hoc prosone declamante'.* pro quo cassu, ut diximus, nominatiuus in lectione sepe ponitur, ob hanc puto necessitatem, quia in eadem dictione alius nominatiuus cassus uerbo principali, quod
20 primum loquitur, personaliter adiungatur. sicut in uersu Bregandi Lugenici legimus: *solus Cato miles, populus turbatus, in acie stetit.* quasi hoc dixisset: *solus populo turbato stetit.* quod multi penitus ignorantes uerbum possuere *est*, quod omnino sine coniunctione
25 causali fieri non potest. nam si hyperbatico more in media dictione conmixto alium ordinem posuisset, sicut non raro legimus, hoc modo egregius doctor edidisset: *solus miles, turbatus enim populus est, in acie stetit.*

Sed nunc ad participii expositionem, unde pene
30 excessum est, oportune reuertamur. participium pars communis est orationis, quod generibus et significationibus suffonitur ac suffulcitur. sed participium temporis praesentis ex nomine omnis generis esse diffi-

---

2 nominis N̄ (*sic*) *N* ‖ 4 quodtam *N* ‖ 6 caraxanda *N corr. Mai* ‖ 10 adocte *N corr. Mai* ‖ 19 verbi *N corr. Mai* ‖ 22 solii *N* ‖ 25 aeperbatico *N* ‖ 26 aliam *N* ‖ 33 *post* diffinitur *cetera verba excidisse videntur.*

nitur, ... propriis generibus proferuntur. dicunt quidam quaedam participia a uerbis et nominibus quasi quodam coniugio procreari. unde et eundem nominatiuum habent nomen primae positionis atque ipsum participium, ut *sensus*, *gressus*, *uersus*, *intellectus*, 5 *quaestus*, *cultus*, *planctus* et cetera. nam hoc participium *sensus* ex uerbo passiuo rite assumitur, quod est *sentior:* sic enim praeterito tempore declinatur, *sensus sum*, *sensus es*, *sensus est*. est etiam nomen quod sic declinatur *sensus*, *sensui*. uerumtamen quia 10 hoc nomen *sensus* ex uerbo nascitur, ideo participium non ex hoc nomine sed ex uerbo uenire credendum est.

Sed in declinatione similitudo disparatur, nam nominis declinatio haec est: *sensus*, *sensus;* participii autem *sensus*, *sensi*, *senso* et cetera. *uersus* autem a 15 quibus in nomine non recipitur principali, sed in participio: ibi autem *uersum* scribunt, quia *uors* ipsa pagina dicitur Lucano dicente: *uortibus egebunt multis.* mihi autem uidetur et *uersus* paginae etiam scriptus non esse antiquandus, quia cum paginam scribens ab initio 20 per longum lineam usque ad marginem feceris pertendentem, manum rursus ad caput discriptae uertere necesse habebis. eadem consuetudo etiam in legendo, ipso quoque uisu oculorum seruanda monstratur. participium praesentis temporis sicut omni generi, ita etiam 25 omni personae conuenire credendum est. numeri participiorum et figurae ex utroque nascuntur.

Uerum de participiis ista sufficere crederemus, nisi quia quaedam quaestio doctoribus imminet, ut putent quia omnia participia omnis temporis pro uerbis po- 30 nenda, sicut Ossius et Perrichius et Galbarius et ceteri Latinorum praesumunt. nam Galbarius in quodam uolumine inmenso, quod de commentariis creati seculi condiderat, habundanti quidem sed eloquenti, omnia pene participia pro uerbis sumpserat. *in prin-* 35

---

2 nonibus *N* ‖ 12 hoc *s. l. N* ‖ 16 quibusdam *Mai* ‖ 21 pertendentem *N* ‖ 26 omne *N* ‖ 30 ponendi *N* ‖ 34 elocuti *N corr. Mai.*

cipio quidem inquiens *contuebilis mundus ab incontuebili potestate creatus, sole et luna omnibus etiam astris uaria pictura splendentibus ornatus, nascituris in eo mortalibus sensus loculentissimi conlaturus adapertionem, et*
5 *in omnium fine resoluendus aut etiam reformandus.* uides omnem texturam huiusce operis per participia uerborum loco posita directam. et haec consuetudo uetusta tenuit fortitudinem per multas Africae atque Europae prouincias, ut participia pro uerbis sumi so-
10 leant. sed nos, quibus hoc scribendi studium a doctoribus nostris non est traditum, ut aliud pro uerbis legere aut scribere soleamus, requiramus utrum quis antiquorum patrum, quorum contraire doctrinis maximum nefas est, participium umquam pro uerbo sump-
15 serit aut sumi praeceperit. quod si inueneremus, nos quoque imitari sententia est, licet prohibuisse nos meminerimus uerbum ex participio effici posse; nostram tamen inmotabimus diffinitionem.

Uerum utrum participium secundum nominum re-
20 gulas conparationis gradus recipiat, diligentius indagandum est. nam multi arbitrantur participium non posse omnino conparari, quos autenticae lectionis rennuit amplitudo. restat igitur ut regulam illam, quam aduerbiis ex participio sumendis possuimus, etiam gra-
25 dibus participiorum rite conparandorum teneamus. participium temporis praesentis neutralis uerbi indubitanter hiis gradibus conparatur: dicis enim *audens audentior audentissimus, instans instantior instantissimus, fidens fidentior fidentissimus, egens egentior egentissimus.* sic
30 et illud passiui uerbi temporis praeteriti, cum dicis *doctus doctior doctissimus, paratus paratior paratissimus, laudatus laudatior laudatissimus.*

---

3 pendantibus *N corr. Mai* ‖ 5 resolvendos *N* ‖ 7 ꝑposita *N* ‖ 8 vestita (i *corr.*) *N corr. Mai* ‖ 9 Erupe *N* ‖ provintias *N* ‖ 11 traditus *N* ‖ 15 praeciperit *N* ‖ 16 emitari sententias *N corr. Hartel*, mutata sententia *Mai* ‖ 22 lectioni *N*, lectionis *Mai* ‖ reum *N*, arguit *coni. Mai* ‖ 23 quod] quam *N.*

Uerum si quis nobis dicentibus participium uerbi actiui temporis praeteriti habere conparationis gradus obicere uoluerit, ac dicere quod quoties haec participia conparata fuerint, quae infra sumus posituri ut *sapiens amans*, quia haec rite conparantur, nomina potius participiorum similia debeant aestimari, non mihi uidetur arguendus aut etiam improbandus. nos quoque ipse non inprobet, qui quod a peritis nostris didicimus, instanter deffendimus atque asserimus. astipuletur mihi in hoc Maeuius uir in carminibus dulcissimus, de quo illud praecentum est: *qui fauum mellis non amat, odit tua carmina, Maeui.* hic eloquentissimum carmen in octo partes orationis edidit, in quo haec ait: *participium generis omnis omne tam ex uerbo quam etiam ex nomine comparatiuum rectogradum trahit iure: sed et superlatiuum eodem receptat more.* in quo ostendit omne genus non solum appellatorum nominum, uerum etiam uerborum hiis praedictis gradibus conparari.

Sunt etiam participia, quorum uerba non tam usitata sunt, et ideo negantur fieri participia, sed aestimantur nomina esse participiorum similia ut *togatus, tunicatus, mitratus, calciatus, gladiatus, hastatus, scutatus.* quod si ita est, secundum hanc rationem et haec ita esse dicamus *praecinctus, uestitus, amictus;* quorum tamen uerba omni legenti paratissimo frequentissimoque suppetant ussu. et quomodo illud Aeneae stabit? *milites* inquit *tunicantur.* et iterum, *quis gladiabitur in bello?* Horatius quoque *magno* inquit *impetu facto hastauerunt se omnes et calciauerunt et scutantes se inruerunt.* uides ecce quomodo haec actiua uerba inueniuntur, et non modo actiua simpliciter, uerum et tripliciter: manifeste enim ostendit sensus

---

3 ac] ad *N* ‖ 4 imfra *N* ‖ 5 ritę *N* ‖ 7 ^{im}probandus *N* ‖ 8 dedicimus *N* ‖ 10 Meius *vel* Mevis (me *corr.*) *N* ‖ dulcissimis *N* ‖ 14 aex *N* ‖ 22 metratus *N* ‖ astatus *ex* estutus *N* ‖ 23 ^{in}hanc *N* ‖ 24 pracinatus *N* ‖ 25 parantissimo *N* ‖ 26 suppitant *N* ‖ et qūō *N* ‖ 29 impetus *N*.

lectionis haec uerba secundum actiuam significationem bis agere et secundum passiuam tertia uice. dicis enim *hastauit se hasta* et *hastatus est hasta.* hoc et de omni uerbo, quod ornandi deornandiue efficientiam tenet, 5 incunctanter accipi potest ut *orno, corono, calcio, uestio, amicio, cingo, tunico, hasto, gladio, mitro, armo, spolio, nudo, amicio, fraudo.* sic et secundum animi ornamentum ut *doceo, erudio, inbuo, instruo, informo.*

Uerum huius epistolae oportunus quidem finis in- 10 mineret; sed quaestio quae perdifficilis est ad soluendum, cogit sermonem paulo longius progredi. etenim cum a deponenti uerbo tria participia uenire non dubitetur, est uerbum deponens ex quo quattuor participia trahi uidentur ut *orior,* ex quo est *oriens oriturus ortus* 15 *oriundus.* quaeritur itaque qualiter hac ratione uti debeamus, cum uerbum passiuum non sit, ex quo trahatur. *oriundus* uidetur quibusdam non esse participium, sed nomen participii temporis futuri simile ut *furibundus, laetabundus, gaudibundus, natabundus.* sed 20 haec opinio non mihi uidetur esse conueniens, nam participium *oriundus* nemo ambigit. sed super hoc Galbungum interrogans simul Aeneam, ab eis uniter audiui, quia hoc participium sicut et *ortus* praeteriti temporis sit; unde et in annumeratione participiorum 25 interposita coniunctione distinctiua, sic dicimus *oriens oriturus ortus* uel *oriundus:* ex quo ostendimus, haec

---

10. *Exc. Bern. 200, 7 et Leid. f. 80*[a]: Est quaestio perdificilis quaeritur (queritur *L*) itaque, qua ratione verbum deponens et tria participia (participia tria *L*) sunt ut orior, oriens oriturus ortus oriundus cum non sit passivum ex quo trahatur. super quo Aeneam (eniam *L*) et Galbungum interrogans ita responderunt, haec (hec *L*) duo participia 'ortus' oriundus' unius (umus *B*) esse.

---

1 activa significatio *N* ‖ 3 astavit—astam *N* ‖ hastatus—hastam—hastutus (a *above* u) *N* ‖ 4 deorandive (n *above*) *N*, decorandive *Mai* ‖ 5 caltio *N* ‖ 6 amitio *N* ‖ 11 ser paulongius *N* ‖ a] ad *N* ‖ 13 quo quattuor *N* ‖ 15 ac *N*.

duo participia unius esse temporis, et ideo recte scribimus *oriundus erat*, non *erit*.

Sed hac soluta quaestione, alia in eodem participio suppetit quaestio, quare non scribamus *oriendus*, cum sit *oriens*. qui prudenter uerba nouerunt scribere, di- 5 stinctionem in omnibus seruant, in modis et personis. sic enim declinatur *orior oriris oritur orimur orimini oriuntur*. sic et in omni uerbo tertiae coniugationis siue productae siue etiam correptae *u* in tertia persona pluralis numeri semper adsumitur, ut *audiunt legunt*, 10 *metiuntur*. hoc ideo, nam si *e* scribatur, futurum tempus aestimatur. uidetur tamen mihi mirum esse, quare non sic scribitur *oriendus* per *e:* forte ne passiuum putetur esse uerbum, ut *legendus*. rursus quaero, cum *oriundus* scribitur, quare etiam in participio temporis 15 praesentis non ita scribitur *oriens oriuntus*. hoc non est consuetudinare, nisi in participiis uerborum quartae coniugationis, ubi per octo per *i* et *e* ⟨in⟩ nominatiuo cassu, in reliquis cassibus *i* dempta *e* et *u* ponuntur, ut est *iens euntis* sic *quiens queuntis*, *transiens transeuntis* 20 et cetera.

Alia nobis quaestio inminet solutionis satis indiga, quare sepe inuenimus scribi *standum sedendum audendum loquendum*, cum neutrali uerbo nonnisi duo participia uenire consuescant, et a deponenti tria tantum 25 trahantur. hoc autem uidetur participium passiui uerbi

---

22. *Exc. Bern. 200, 12 et Leid. f. 80*[a]: Alia questio, quare scribi (scriptum *L*) invenimus sepe standum — addendum — cum a neutrali verbo (cum a neutralium bo *B*) — participia (participio *L*) et a deponenti tria tantum participia venire consuescunt (consues////cunt *B*). sed hoc ad inpersonalia verba referendum, quorum quae praediximus sunt inpraesentiarum (inpresenitiarum *B*): 'inpraesentiarum' (*om. L*) — adverbium temporale est (*om. L*) ut praesertim (praefertim *B*). *cf. infra p. 169.*

---

2 erit] *ex* erat *N* ‖ 11 nisi *N corr. Mai* ‖ 13 forte ne forte *N* ‖ 18 per i] *fort.* pro i ‖ in *add. Mai* ‖ 19 pununtur *N*.

imitari, cum dicis *gaudendum* siue *meditandum*. sed hoc ad inpersonalia uerba referendum, quorum participia sunt haec quae praediximus. sunt etiam participia quae deficere putantur temporibus, quod ualde mirum est, cum ipsa uerba non deficiant. credere itaque non debemus quod participia uerbis adhuc ex integro possitantibus deficere possint. participia autem talia sunt: *studens*, nam participium hic temporis futuri a plerisque negatur haberi, ut *studiturus* non dicatur; quod ignoro quam praue putetur, nisi forte cum praeteritum tempus indicatiuo modo uerbi huius non accidere credatur; quod penitus non conuenit, quia sepe legimus *studui*. est etiam aliud participium temporis futuri, quod solummodo ceteris abdicatis inueniri posse aestimatur, ut *urguendus*, quasi *urguens* legi non possit; quod quia frequentissime legimus, exemplis non indiget. sic etiam *urgiturus* et *urgitus*. dicunt etiam quod *coeptus* defectiuum participium sit: conpellimur et nos in hoc assentiri eis, quia *incipio* neutrale uerbum est. sed forte dicas, quia *capio* actiuum est, ex quo *coeptus*. non ita est, nam ex hoc uerbo secundum passiuam significationem non *coeptus* sed *captus* uenit.

Mirans itaque quomodo passiui uerbi participium a neutrali uerbo uenire possit, super hoc Aeneam interrogasse memini, et taliter mihi respondit: hoc non esse participium, sed nomen adiectiuum participio simile. hoc Aeneae de isto participio iudicium est. cum itaque audissem eum diffinite dicentem, quod a defectiuis uerbis defectiua participia semper esse debeant, interrogaui eum dicens: *quomodo ergo, mi domine, ab illo uerbo, quod in personis defecit, inuenimus participium nasci, ut est 'decens' a decet?* tunc ad me subridens ait: *moneo te, fili, ne similitudine aliqua seducaris:*

---

1 emitari *N* || 7 po^{s}sitantibus *N*, poscitantibus *corr.* *Mai*, prostantibus *Hartel* || 10 brevem *N*, bene *Mai* || 14 invenire *N* || 18 defectium *N* || 23 mira mirataq; *N*, mirans itaque *Mai* || 24 neutrale *N* || 28 ad *N* || 30 doñe *N* || 32 diecet *N*.

multi etenim non intellegentes uim latinae orationis, ducti similitudine, partes pro partibus ponunt; sicut et illud, quod sepe legere solemus 'inpraesentiarum' confundunt nescientesque quid sit, demunt syllabam extremam 'rum' ut ponant 'in praesentia', facientes ablatiuum casum cum praepositione, quod omnino conueniens non est. nam 'inpraesentiarum' unum aduerbium facit temporale, ut sit quasi 'praesentim' simile: et in hoc modo seducuntur, quia putant fatis 'decens' participium esse. nam haec uerba, quae secundum personas deficiunt, ut 'decet, oportet, tedet' et cetera, participia nulla habent. superest ergo ut 'decens' intellegas nomen esse adiectiuum, participii quidem simile, sicut et 'condecens' es 'indecens' et 'perdecens'. haec Aeneas. uerum quoniam de participio et in hoc et in supra memorato sepe opusculo sufficienter edisseruisse me arbitror, oportunum huic epistolae finem dabo.

VI. DE CONIUNCTIONE.

Uidetur mihi, fili carissime, haec pars orationis, quae coniunctio uocatur, similis esse incastraturis quibusdam uel nexuris, quibus uincienda quaecumque colligantur molimina, maximeque tabulatorum. tali etenim modo haec particula coniungit et conglutinat dictiones ac sententias. cuius potestatem in quinque species diuisam ueteres annumerant, quarum prima est copulatiua, quae proprie dicta coniungit. in copulatiuis coniunctionibus, quae numero sex sunt *et ac at adque ast, ce* graeca assumitur: extreme enim apud Grecos pro *et* semper ponitur. et haec copulatiua subiunctiui ordinis fieri solet apud nos dumtaxat: ceterum in sua

4 extremaꝛ+ *N*, extremam *Mai* ‖ 8 simili *N* ‖ 9 vatis *N* ‖ 15 spẹra *N* ‖ 16 ędisferṃissime (e_1 *ex* i) *N* ‖ EXPLICIT QUINTA DE PARTICIPIO. INCIPIT SEXTA DE CONIUNCTIONE *N* ‖ 18 carissimę ‖ 21 mulimina *N* ‖ maximęquę *N* ‖ etenim (e_2 *ex* i) *N* ‖ 25 ꝓp^{i} aedicta *N*.

propria lingua sepe praeponitur. a nobis autem pronomini demonstratiuo uel reuelatiuo, quae monosyllaba sunt, subiunctim adplicatur per syllabae illius ut puto adiectionem, ut si dicas *hicce haecce hocce isce eace*
5 *idce*. sed et omnibus pronominum cassibus praedictorum subiungi potest. sed forte dicas, quia pronomen relatiuum generis feminini *ea* non unius syllabae, sed duarum est; uerum est quidem quod duo syllabae sint *ea*, sed tunc id fiat, quando nouissimam consonans quae-
10 libet consequetur, ut *eam*, *eas*, *eos* et cetera, ut una longa litera contra duas breues conponderata, utraque syllabam faciat; nam duae solae uocales in unam syllabam redigi possunt: unde quia *ea* una syllaba est, adicimus *ce*. non necesse fuerit. *&* uero duae sint li-
15 terae *e* et *t*, sed in copulatione uno stilo caraxantur et sub una dictura dicuntur. sed in uerbo tertiae personae non *&*, sed *et* scribi debet, ut *uacet sulcet*. errant etiam qui in copulatiua *ac* aspiratiuam *h* scribunt, quae in solo habenda pronomine est, quod per omnes cassus
20 hanc eandem receptat, ut *haec huius huic hanc ab hac*. sciendum sane est, quod in coniunctionibus potestas sepe motetur, pro qualitate sententiarum ac ratione sensuum. nam *ast* et *at* sepe non copulatiuae coniunctiones sed expletiuae, siue ut melius dicimus, dis-
25 cretiuae dicuntur: non tam enim sententias coniungunt quam discernunt. nescio enim quomodo expletiuas uocemus, quae et sensus et personas motant ac discrepare faciunt. sunt autem hae coniunctiones discretiuae: *at ast sane uero porro autem ceterum*. sunt etiam aliae
30 coniunctiones, quae copulant sententias, quaeque licet pro causalibus uel rationalibus accipi dicantur, si ueritas nominis iuxta qualitatem sensus inquiratur, rectius conplectiuae dicendae sunt. quae sunt autem conplec-

---

1 pnomini *N* || 2 momonassyllabae *N* || 3 amplicatur *N* || per] p *N* || 5 casus *N* || 10 consequentur *N* || 13 ea *s. l.* *N* || 14 addicimus *N* || non] non vero *Mai*, *fort. recte* || fuerit ut et *coni. Mai* || 17 & sed & — & uac& sulc& *N* || er[r]ant *N*.

tiuae? *cum dum nam namque quia quoniam etenim enim* et cetera.

Mirandum autem, immo deflendum est totoque lugendum affectu, quod cum ceterae orationis partes, tum maxime coniunctiones confusae et circumiectae 5 sint, in tantum ⟨ut⟩ inter causales et rationales nulla pene distantia sit. Donato meo parcam, qui hanc orationis partem maxime confundit, quod frater eius Don rectissime reprehendit, qui rectissime iterauit: sunt coniunctiones iteratiuae, quae eundem sensum 10 eandemque sententiam iterant; quae sunt: *item itemque itidem idemtidem tantundem rursum denuo iterum.* sunt tamen apud Affros scriptores, qui haec aduerbia potius adfirmant esse iterandi.

Causales autem coniunctiones sunt quae retractandi 15 et quodammodo destruendi sententiam habent causam; quae sunt: *si nisi nisitamen uerum saltimne sed donec usquequo quoadusque usquedum quatinus quamdiu quamuis quamquam quamlibet siquidem* et cetera. rationales autem sunt quae ex praecidente sententia rationem 20 sequentis requirunt; quae sunt: *ergo ideo idcirco itaque propterea epita igitur ceros quamobrem proinde prohoc quapropter propterquod* et cetera. sunt etiam quaedam coniunctiones adsimilatiuae; dicuntur eo quod a uerbis similitudinis respondent, ut *sic ita perinde.* sunt etiam 25 participes, quae et aduerbia et coniunctiones communi modo dicuntur, ut *paulatim utique etiam equidem interea praeterea.* dicimus enim *interea* coniunctionem rationalem pro *ergo.* dicimus etiam *interea* aduerbium temporis pro *tunc.* dicimus etiam loci aduerbium ut 30 *ubi.* tunc etiam ipso dictionis breuiatur accentu. sunt etiam coniunctiones reuelatiuae, quae sensum reuelant, ut *scilicet uidelicet illicet.*

---

4 orationes *N* ‖ 6 ut *add. Mai* ‖ 8 quot *N* ‖ 9 quia *N* ‖ 10 coniunctionis *N* ‖ 13 inter Afros *coni. Mai, nam post* inter *spatium est in codice* ‖ quae *N* ‖ 16 habet *N* ‖ 19 quā libet *N* ‖ 24 coniunctiones] quae *add. Mai* ‖ 26 partes *N*, pariter *Mai* ‖ 29 enim *N* ‖ 31 accento *N*.

Scire et hoc debemus, quod coniunctiones omnes aut praepositiuae aut subiunctiuae aut communes sunt. sunt etiam quae nullius ordinis. sunt praepositiuae: *et at si quoniam ac atque porro ceterum ceros.* subiunc-
5 tiuae: *autem uero, que scilicet* et cetera. communes: *ergo ideo itaque, idcirco perhoc proinde, epita igitur, que.* nullius ordinis sunt: *iterum paulatim saltim*, non enim ad ordinem dictionis, sed ad qualitatem sensus attinent.

10 Possim quidem de coniunctione paulo latius tractare, sed quia et a nobis et a multis sepe scriptum est, idcirco posita una dictione, quae utilis fore legentibus censenda est, cetera relinquemus intacta. duae coniunctiones si una in dictione positae fuerint, id est
15 conplectiua et rationalis, a sese soluentur et nullius alterius sententiae ratio poscetur, ut: *quoniam ergo, quia igitur, ideo quia, unde quoniam, quoniam idcirco* et cetera. hiis dictis finis epistolae inponendus est.

VII. DE PRAEPOSITIONE.

Septima mihi epistola de praepositione ordienda
20 est. sed quia de usitatis praepositionibus usitatus sermo

---

19. *Exc. Leid. f. 82*[b]: De praepositionibus musitatis (*lege* inusitatis) ex quarto latinitatis genere philosophie accusativae praepositiones: eon pro apud, ciron pro adversum, materion pro circa, statuim pro pene, farac pro secundum, sarium pro propter, giabil pro in citra, luim pro iuxta, salion pro ante, tharost pro citra, rectim pro erga, relas pro prope, longeon pro ultra, spelum pro supra, caom pro penes, levim (*ex* clevim) pro secus. nunc ablativi casus praepositiones: respon pro coram, peipsa (p_1 *ex* ꝑ) pro sene, aram pro tenus, aspois pro palam, apsa pro absque, at utrisque casus praepositio: sandon pro super, madus pro subtus, lidon pro subter.

---

2 communis *N* ‖ 4 poaro *N* ‖ 5 quae *N* ‖ 6 per hoc quọḍ *N* ‖ aepita *N* ‖ 8 ad] et *N* ‖ ad] et *N* ‖ 15 a sē a sē *N* ‖ EXPLICIT SEXTA DE CONIUNCTIONE. INCIPIT SEPTIMA DE PRAEPOSITIONE *N* ‖ 19 ordenda *N*.

pene pueris philosophorum est, ideo inusitatas praepositiones ex quarto philosophiae latinitatis genere sumamus, hoc primitus scientes, quod monosyllabae praepositiones nullum aliud praeter usitatum genus habeant, ut *a ad e de ex pro prae cis post trans in sub cum clam*. hae in nulla experta, qua utimur latinitate, penitus habentur. dabo ergo praepositiones cassus accusatiui: *con* pro *aput*, *salion* pro *ante*, *cyron* pro *aduersus* uel *contra*, *trasso* pro *citra*, *matyrion* pro *circa*, *rectim* pro *erga*, *statuim* pro *pone*, *relas* pro *prope*, *farax* pro *secundum*, *longeon* pro *ultra*, *sarium* pro *praeter*, *sepelum* pro *supra*, *gabil* ⟨pro *usque ad*⟩, *caom* pro *penes*, *liuim* pro *iuxta*, *leuim* pro *secus*. nunc ablatiui praepositiones: *respon* pro *coram*, *aspon* pro *palam*, *peripsa* pro *sine*, *absit* pro *absque*, *aram* pro *tenus*. item ad utrumque communes, *padon* pro *super*, *lindon* pro *subter*, *madus* pro *subtus*.

Nunc nisi molestum est, ut haec luceant quae paulatim obscura sunt, maiorum demus exempla. loquitur ecce Andrianus quidam, uir in soluendis problismatibus admodum eruditus '*con tecta numande iubelos soni et laetitiae*'. hoc est dicere *aput habitatores tectorum*. Glengus quoque ille nostri Maximiani pater in expositione de diis facta ita exorsus est: *salion solem dii erant*, id est *ante solem*. idem etiam in latinitate opimus erat, alio intulit in loco *sepelum pereneum uissere montem*, id est *supra montem*. Galbungus quoque in quadam epistula ad Assianum scripta Gurgilium, *altitudo* inquit *eloquentiae tuae gabil peruenit aethera*, id est *usque ad aethera*. ego quoque olim, *bellatis* inquam *cyron me*, hoc est *contra me*. harum praepositionum accentus non tam subtiles sunt in uersu

---

1 id et *N*, idcirco et *Mai* || 3 monassyllabae *N* || 4 usutatum *N* || 6 expta *N* || 7 da *N* || 8 eon *N* || 10 erga (a *ex* &) *N* || 11 farax secundum pro *N corr. Mai* || 12 pro usque ad *add. cf. infra* || 14 praepositionis *N*[1] || 19 paulatim *N*, paululum *corr. Mai* || 21 eon *N* || 25 idem] id est *N corr. Mai* || 31 cyçeron *N*.

quam necessarii propter tegenda misteria et propter experimentum docendae huius latinitatis. haec de inussitatis praepositionibus dicta sufficiant; nunc ad nostras redeamus quae in usu semper sunt.

5 Nulla praepositio debuit in *d* finire, nisi quod nos necessitas cogit discernendorum utique fonorum maiorum scita transgredi. nam quia aduerbium in *t* exire certissimum est uel coniunctionem, ut *ad*, cogimur in praepositione adscribere per *d*. nam *at* aliquoties ad-10 uerbium temporis est praesentis, iuxta illud Uirgilianum: *at pergite ad proeliandum*, id est *nunc pergite*. *aput* autem per *t* semper scribi debet: sed quia *apud* nomen scribitur neutrale ligni scilicet illius, quo tundenda quaeque uel terrae iniectanda feriuntur, id-15 circo *aput* per *d* scribere solemus.

Inter *cis* et *citra* hoc interest, quod *cis* ad proximiorem interposito dumtaxat monte uel flumine, *citra* uero ad longiorem pertinet locum, unde et citeriora et longiora dicuntur. *trans* uero ad utrumque referri 20 potest, licet motabiliter, hoc est in transitu tantum sic accipiatur. nam quicumque scribere uel etiam dicere audent *aliquos habitasse trans mare*, non incaute tantum sed pessime ac peruersissime dicunt. ita enim ordiri debet sententiam, ut dicatur *trans mare uadunt* 25 uel *ueniunt; habitant autem cis mare uel citra*. inter *ultra* et *citra* non parua distantia est: nam *citra* etiam montis uel fluminis interiectu dici potest; *ultra* uero ad ultima uel remotissima loca uel deserta semper refertur. inter *absque* et *sine* hanc ueteres ponebant 30 discretionem, quod *sine* semper in bonam ferebant partem, *absque* autem in malam, ut *sine peccato*, *absque sapientia*. sed hoc obseruamentum utrimque confusum est. non autem satis certum est utrumnam utrumque utroque dici possit modo, an potius scriptorum errore

---

3 nostrã *N* ‖ 7 te *N* ‖ 11 ac *N corr. Mai* ‖ 18 ceteriora *N* ‖ 26 paura *N*, pauca *Mai* ‖ 31 ut] et *N* ‖ 34 scriptorum (u *ex* e) *N* ‖ errorem *N*.

ordo ratioque dictorum commixta sint. hoc sane omnibus recte legentibus datur intellegi, quod *sine* inconmutabili ratione ad id refferatur quod cuiquam rei omnino non inest; *absque* uero ad duplicem sensum pertinet, siue eius rei qua quis in totum caret, ut dici 5 solet *animalia sunt absque intellectu* intellectum utique non habentia: siue eius, excepta qua ceterae uel obscurantur uel negantur, uel etiam eius cum qua simul aliqua uindicantur.

Multa sunt huius rei exempla iuxta illud quod et 10 ego hesterno feceram anno, cum librum de mundi creatione commentarium aduersus paganos ediderim, cuius principium est: *absque deo nullus est solo, qui omnia creat.* hiic est obscuratio et negatio simul et laudatio continetur: cuncti enim dii qui dicuntur, ob- 15 scurantur et negantur, et solum omnium laudatur deus. hunc sensum habet et *praeter*, secundum illud *nullus praeter te sapit.* in eo autem quod Andreas quidam scribsit de Pyrrho *absque Assiae* inquit *uiribus, in comitatibus habuit X milia*, hoc ⟨est⟩ dicere *cum Assiae* 20 *uiribus. tenus* a multis subpositio, eo quod subiungitur, sic uocatur, ut dicimus *nocte tenus.* et conposita *qua* cuniunctionem ex se reddit causalem, ut *quatenus dicat,* hoc est *usquequo dicat. ante* quoque duplicem habet sensum: siue enim de anteritate temporis dicitur, ut 25 illud *ante secula fuit;* siue etiam pro *coram* accipitur, ut illud: *ante tribunal sedebat* hoc est *coram tribunali. circum* et *circa* et *erga* a nobis pridem quid intersit ante expositum est. itaque de praepositionibus haec breuiter satis edicta fiant. 30

---

2 incomutabili *N* ‖ 7 eius] rei *add. Mai* ‖ 8 cum] eum *N* ‖ 9 vindicatur *N* ‖ 11 esterno *N* ‖ 12 cūmentatorium *N* ‖ aediderim *N* ‖ 14 huc *N* ‖ 18 praeterite *N* ‖ quidem *N corr. Mai* ‖ 19 Pyrro *N* ‖ Asia *N corr. Mai* ‖ 20 est *add. Mai* ‖ 28 inter circum *Mai* ‖ 29 intersint *N* ‖ EXPLICIT SEPTIMA DE PRAEPOSITIONE.

VIII. DE INTERIECTIONE.

Nunc de ⟨interiectione⟩ pauca dicamus. interiectio est quidem pars orationis, sed tam inusitata, ut nisi quia a Grecis non adnumeratur, latina esse non putetur. in oratione autem, quae raro a nobis legitur, multae 5 interiectiones sunt, earumque significationes copiosae sunt. gloriandi, ut *rassam*, *rauc*, *samia*, *sarap*. laetandi, ut *euge*, *salecon*. post clamandi, ut *heu*, *ehunaue*. festinandi, ut *max* et *cetiu*, *salum*. laborandi, ⟨ut⟩ *faticalpin*, *eugan*. mirandi, ut *euax*, *affario*. suadendi, 10 ut *quesgoor*. gemendi, ut *tatans*. lugendi, dolendi, ut *pappen*, *leon*. haec de interiectione dicere contenti cetera praetermittamus: nulla enim pene earum ad dicendum nobis prompta est excepta una quam pene praetermiserimus, quae est lamentandi cum aspiratione 15 dicenda, ut *uae*, quae tam firma est, ut a multis ambiguatur, utrum nomen an uerbum an certe aduerbium sit.

Licet in clausula operis mei ludos tibi philosophorum exponere, licet ex pluribus paucos tres de Aeneae 20 ponamus sermone. dixit mihi: *uide, fili, doceat te lapis hic nudus, quem uides aquis conrossum; sic sapiens aquis suis conroditur, hoc est sapientiae studiis infoenosum in mundo habitat.* uidens praeterea solem orientem *ecce* inquit *equus ex suo silit repagulo, totum percurrens* 25 *campum, quoad idem equile reuersuro mulae cum pullis locum dat siliendi in campo caelorum.* in *mula* lunam, in *pullis* stellas, in *repagulo* mare significans. tertio

---

INCIPIT NUNC OCTAVA DE INTERIECTIONE *N* ‖ 1 interiectione *add. Mai* ‖ 3 adnumeranur *N* ‖ 7 salec̄ *N* ‖ ehunave] *an* eheu ave *vel* euhoe? ‖ 8 unt *N* ‖ ut *addidi* ‖ 9 suadandi *N* ‖ 10 gimendi *N* ‖ legendi *N* ‖ dolandi *N* ‖ 13 diccendum *N* ‖ prumpta *N* ‖ 18 liceat *Mai* ‖ lidos *N* ‖ 20 sermones *N* ‖ 22 studis *N* ‖ infaenosus *Mai* ‖ 23 habitat] *Hartel*, habeto *N*, habetur *Mai* ‖ praetereā *N* ‖ 24 equus] decius *N corr. Mai* ‖ rapagulo *N* ‖ 25 equele *N* ‖ neversuro *N corr. Mai* ‖ 26 caelum *N corr. Mai* ‖ 27 irapagulo *N corr. Mai* ‖ tertia *N*, tertium *Mai*.

dixit: *quis amat? nisi qui non redamat.* Galbungi ludus est *quae, inquiatis, tota una transuolans hora puncta? anthropeani mens uno sub totum momento peruolans polum.* mei quoque lusculi et in cunctis tibi pareant minimi, qui plus aedificent quam noceant lec- 5 torem: *uatum personet ponticum ponto ex natum naturo naturum naturam nataturo: terni terna flumen fontes fronda ex una undatim daturi sepna semper atur aspirannis perennis rectis re perque tura toregmatis magna dei decies dena dilfensum quam possit molos minulatur* 10 *atroci saeuo seu ignoro nimphae neganda. gnaro ab ignando, gnaris ab gelandis. leto lectisque lux oro suis solim in trono trino uno omni praesim potente deo digna regna regnaturo torii per cuncta cunctorum aeterno aeuo efandi secula.* 15

---

1 radamat *N* || 3 anthrophea *N* || 4 et] *fort.* vel || 5 quae pius *N corr. Mai* || 7 natum̃ *N* || nata^ta^turo *N fort.* nata naturo || 11 ignoro (o_1 *ex* d) *N* || 12 gnaris] r *in ras.* *N* || ab gelan *N in ras.* || 15 efandi *vel* esandi *N* || secula] *lusculorum neque sensus extricare neque verba emendare potui* || FINIUNT BIS QUATERNE MARONIS EPISTOLAE FELICITER SALTORE PERSCRIPTAE//// *N*.

I. INDEX AUCTORUM QUOS CITAVIT VIRGILIUS.

II. INDEX NOMINUM.

III. INDEX VERBORUM ET LOCUTIONUM PRAECIPUARUM.

Corrigenda et addenda.

p. 14, 18 *l.* secundum illud Lupi
„ 22, 6 adn. *l.* hac f. *om.*
„ 44, 17 *add. in test. Exc. Bern. 198, 30 et Leid. f. 76* a: Adverbia — ipso.
„ 45, 14 *l.* genitivum
„ 60, 25 adn. *l.* FIGVRA *N*
„ 62, 21 *l.* induxerit
„ 65, 27 *l.* noscantur
„ 72, 12 adn. *add.* DE CONIVNCTIONE *N*
„ 72, 15 *l.* ita dumtaxat
„ 128, 23 *l.* licet *se*
„ 149, 26 *l.* singularis
„ 167, 16 *l. oriuntis*
„ 174, 13 *l. aput* nomen
„ 177, 7 *fort. sic legendum:* nam quia adverbium — coniunctionem ut *at,* cogimur in praepositione *ad* scribere per *d.*

NOVEM
VITAE SANCTORUM
METRICAE.

EX

CODICIBUS MONACENSIBUS,

PARISIENSIBUS, BRUXELLENSI, HAGENSI

SAEC. IX—XII

EDIDIT

GUILELMUS HARSTER.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXXVII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

ERNESTO DUEMMLER

HALENSIS UNIVERSITATIS LITTERARUM PROFESSORI

D. D.

PRAEFATIO.

Postquam annis millesimo octingentesimo septuagesimo septimo et octavo patriae amore ductus Vualtheri Spirensis, poetae decimi saeculi, Vitam et passionem S. Christophori Martyris primum a Bernhardo Pez in Thesauro anecdotorum novissimo emissam ex codice Latino Monacensi n. 14 798 iterum edidi, proximis annis Spirensium rerum studio plane a Latinis medii aevi litteris cum magno meo dolore avocabar. Tum illustrissimus ille ac doctissimus vir, cui has schedulas piissimo gratissimoque animo dedicavi, ut Vitam S. Erasmi et ipsam codice quodam Monacensi nobis servatam in lucem ederem me admonuit. Quid quod idem mihi alia similia litterarum Latinarum medii aevi monumenta quaerenti ultro exemplaria Vitarum S. Agnetis et S. Cassiani ex duobus codicibus Parisiensibus suapte manu exscripta obtulit et complures alios libros manu scriptos, in quibus aliae vitae sanctorum metricae exstarent, mihi notavit? Quorum unum Monacensem Passionem SS. Petri et Pauli Apostolorum et Vitam S. Verenae Virginis continentem, qui mihi sicut antea archetypum Vitae S. Erasmi beneficio popularis mei atque amici carissimi, Guilelmi Meyer, tunc custodis bibliothecae Monacensis publicae, nunc universitatis litterarum Gottingensis professoris, commodatus erat, ipse exscripsi, duos alios Parisienses, in quibus Carmen de S. Quintino et Passio S. Arnulfi insunt, per doctum

iuvenem, Fridericum Burger Spirensem, Lutetiae Parisiorum tum degentem, cui pro officio paratissimo animo praestito hoc loco gratias ago maximas, exscribendos curavi. Septimum codicem manu scriptum regiae bibliothecae Bruxellensis, quem Carmen de S. Lucia habere monitus eram, quia pretiosissimum librum alio mittere bibliothecae legibus non licebat, Ouverleaux bibliothecarius rogatu meo exscripsit. At octavum libellum membraneum, decem foliis unam Vitam S. Gisleni exhibentem Campbell, vir clarissimus, qui Hagensi bibliothecae regiae, ubi codex ille conservatur, praeest, singulari liberalitate ut ipse aliquamdiu manibus tractarem mihi concessit.

Omnes hi codices manu scripti intra nonum saeculum et duodecimum exarati sunt, quorum antiquissimi duo codices Parisienses, n. 14145 Vitam S. Agnetis ab initio usque ad folium octavum et n. 14143 carmen de S. Quintino a folio septuagesimo secundo usque ad octogesimum alterum exhibentes, novissimus Bruxellensis n. 10615—10729 Carmen de S. Lucia a folio ducentesimo duodecimo verso usque ad ducentesimum quartum decimum continens putandi sunt. Decimi saeculi videtur esse alter codex Monacensis n. 19413, ubi a folio tricesimo tertio v. usque ad quinquagesimum tertium v. Vita S. Erasmi scripta est (cf. Neues Archiv V. 430), et codex Parisiensis n. 12958 (S. Germani a Pratis n. 777, olim 448), in quo a folio septuagesimo tertio usque ad septuagesimum sextum Vita S. Cassiani exstat. Reliqui codices, alter Monacensis n. 18628 (cf. Neues Archiv IV. 278 et V. 630), Parisiensis n. 10851 (cf. Neues Archiv VI. 485), Hagensis n. 684, nunc Z. 68, ad saeculum undecimum referendi sunt. Quorum eo, quem primum dixi, a folio quarto usque ad duodecimum Passio SS. Petri et Pauli Apostolorum et a folio tertio decimo usque ad quintum decimum Vita S. Verenae Virginis ad nostram aetatem servatae sunt, nec tamen Passio

apostolica et quae ei adiuncta sunt Facta Neroniana et Epigrammata super operibus apostoli Petri hoc solo libro, utpote quae etiam in codice Monacensi n. 4503 circa annum millesimum sexagesimum quintum scripto (cf. Neues Archiv V. 630) a folio centesimo undesexagesimo v. usque ad centesimum sexagesimum v., Epigrammata in folio primo v. reperiantur. Utrumque librum contuli et lectionum varietates codicis n. 18 628 sub nota T (= Tegernseensis), codicis n. 4503 sub nota B (= Benedictoburanus) singulis paginis subiunxi.

Codex Parisiensis n. 10 851 viginti sex foliis vicenorum ternorum vel senorum versuum Letselini, abbatis Crispiacensis, Passionem S. Arnulfi in quattuor, ut videtur, libros divisam exhibet cum maiore lacuna inter versus octingentesimum septimum et octavum, quam septuaginta duobus versibus aliunde petitis explevi. Est enim haec vita iam typis exscripta in Actis sanctorum, Iulii tomo quarto, a pagina quadringentesima usque ad quadringentesimam quartam decimam. Sed plane diversum a nostro codice Parisiensi esse Belfortianum illum librum manu scriptum, unde fratres Bollandii S. Arnulfi vitam metricam auctore Letselino in ingens suum opus transtulerunt, ex ipso diverso numero versuum elucet. Habet enim exempli causa codex Parisiensis usque ad lacunam octingentos septem versus, Belfortianus quingentos quinquaginta quattuor; totum carmen in nostro codice ex mille nonaginta septem et, si septuaginta duos versus ex Actis sanctorum mutuo sumptos adieceris, ex mille centum undeseptuaginta versibus, in eo, quem Bollandiani secuti sunt, ex septingentis nonaginta tribus versibus constat praeter astrologicam illam descriptionem in nostro codice a versu 816 usque ad 914, in codice Belfortiano post versum 630 intersertam et a Cupero, qui illud carmen vulgavit, ne lectori, ut ait, taedium pareret, omissam. Quantum vero et senten-

tiis et verbis hi duo libri inter se discrepent, unusquisque fere locus docet, velut in ipso carminis principio vv. 18—46 codicis Parisiensis in Belfortiano desunt, vv. 26, 28, 29, 31—40 post v. 160 inserti sunt, vv. 47 et 48 in illo hi sunt:

Utpote vir quidam, Quiriacus onomate notus,
Sublimi clarus Gallorum stirpe creatus,

in hoc:

Est pater Arnulphi Gallorum stirpe creatus,
Quiriacus primum gentili nomine dictus.

Multis locis bini versus codicis Parisiensis in Belfortiano in singulos, atque adeo quini, seni, septeni, undeni (cf. vv. 284—288, 317—322, 355—363, 468—474, 611—615) in binos ternosve versus confusi sunt; versus 27, 34, 40, 533 codicis Belfortiani in nostro codice desunt. Saepe eosdem versus diversis locis positos esse et ex eo, quod supra attulimus, exemplo, et ex aliis locis cognoscas, ut versibus 539—543, 545, 546 codicis Parisiensis in Belfortiano omissis v. 544 quarto, 547 secundo, 548 tertio, 549 primo loco leguntur, vv. 778—781 post v. 795 collocati sunt etc. Iam varias lectiones codicis Belfortiani paene innumerabiles esse haud scio an nemo miretur, quae quidem nonnunquam admodum ineptae sunt, ut vv. 277—288, qui nostris vv. 416—425 respondent. Quae cum ita sint, non modo non dubitavi, quin Passionem S. Arnulfi codice Parisiensi nobis servatam in lucem edere pretium esset operae, sed ne discrepantes quidem codicis Belfortiani lectiones notandas esse existimavi.

Altera quoque harum vitarum metro conscriptarum iam antea vulgata est et haec ex eodem codice manu scripto bibliothecae S. Germani Parisiensis, id quod ex deficientibus principio et fine poematis intellegitur. Fontaninus enim, quia S. Cassianus Alexandrinus, priusquam Augustodunum venerit, Hortae,

in civitate Etrusca, episcopus fuisse dicitur, vitam eius metricam cum suis mendis, cum quibus diligenter exscriptam ad se perlatam esse dicit, libro suo, qui est de Antiquitatibus Hortae (ed. III. Romae 1723; cf. Graevius-Burmannus, Thes. antiq.-hist. Ital. [1723], VIII, III, 98—100) a pagina 343 usque ad 360 inseruit. Idem auctore Ianningo in codice decimi saeculi, qui fuit monasterii S. Quintini, hoc poema dividi in duas partes, et priorem dempto prologo quadringentis circiter versibus constare, secundam vero partem totidem et amplius versibus conflatam esse asseverat. Ego quidem apographum huius vitae a Duemmler, ut supra dixi, mihi oblatum, et quia Fontanini et Burmanni libri nisi in magnis bibliothecis raro inveniuntur, et quia Fontanini cum sententiarum distinctio, tum verborum constitutio multis locis emendandae erant, minime reiciendum esse censui.

Cetera, quae de his codicibus manu scriptis disserenda esse videbantur, in ipsis adnotationibus criticis singulis paginis subiunctis commemoravi.

Quibus rebus hae sanctorum vitae maximam partem nunc primum emissae ab eorundem sanctorum vitis prosa oratione conscriptis discrepent, exponere longum et, cum ego quidem id tantum in hoc opusculo conficiendo spectaverim, ut scientia nostra artis poeticae medii aevi paullulum amplificaretur, a re proposita seiunctum est. Quinque autem indicibus laudatorum scriptorum veterum, nominum propriorum, verborum Graecorum, verborum rariorum, grammatico adiunctis nonnihil et ad rectius intellegenda haec poemata et ad iustius de auctoribus eorum praeter unum Letselinum plane ignotis existimandum attulisse mihi videor.

Quare ut pauca de re metrica disputem reliquum est, quam quidem scriptores medii aevi saepe diligentius quam praecepta grammatica observasse constat, ut sexcenta foedissima, ut nobis videntur, menda

grammatica non tam errori vel ignorantiae illorum poetarum quam nimiae subtilitati tribuenda sint, qua legum metricarum ab antiquis poetis statutarum difficultates rimo et allitteratione, quae vocantur, ascitis ultro augebant. Accedit, quod haud pauci eorum elisionem vocalium, caesuram versus heroici semiseptenariam, versus spondaicos aut omnino aspernabantur aut perraro ipsi sibi concedebant. Quid mirum, si necessitate coacti, ut horum vinculorum onus paullulum sublevarent, in rebus grammaticis atque adeo in prosodicis ac metricis multa sibi sumebant? Quo spectant inprimis correptio longarum syllabarum praecipue in nominibus propriis vel vocabulis Graecis, productio brevium maxime in arsi et caesura, rari hiatus, rariores synizeses et diaereses, alia huius generis.

Ac severissime quidem has leges metricas anonymus ille auctor Vitae S. Verenae Virginis exercuit, ut qui numquam hiatum, nunquam elisionem, nunquam caesuram semiseptenariam admiserit. Idem singulos versus Leoninorum modo mediis et extremis verbis similiter sonantes fecit praeter v. 23, in quo tribus vocabulis in a exeuntibus accedente quattuor vocum allitteratione assonantiam quandam efficere voluisse videtur. Ac longe maior pars centum triginta duorum versuum, ex quibus hoc poema constat, singulis syllabis mediis et extremis ita consonat, ut pro iustis homoeoteleutis hi quoque exitus admittantur: ae — e (79, 122), ens — es (3), ent — et (91), es — os (29, 30), um — em (11, 21, 60), am — em (50, 104), viginti quinque versus rarius totis binis syllabis (62, 103), saepius vocalibus tantum binarum syllabarum similiter sonent, velut 13 (vanis — metallis), 22 (sacram — palmam) etc.; vv. 10 et 45 vel ternis syllabis (fidei — fideli, fidei — nitenti) concinunt. Media vox versus cum extrema consonans in semiquinaria caesura ita collocari solet, ut bis terve in hoc carmine (9, 73, fortasse etiam 50) in semi-

septenaria, semel (17) in semiternaria, ter (69, 70, 74) in bucolica caesura locum habeat nec tamen semiquinaria caesura unquam neglegatur.

Accedit ad hunc constantem versuum ornatum haud raro alterum decus ex vernacula Germanorum poesi assumptum, similitudo principii ternorum, quaternorum pluriumve vocabulorum, — nam binas voces ab eadem littera incipientes, quamquam saepe ne hae quidem sine consilio dictae videntur, omittam — sive tribus vel pluribus eiusdem versus vocabulis idem est principium, sive bina atque adeo terna verba primarum litterarum similitudine inter se consonant. Exempla illius generis praebent vv. 4, 19, 25, 86, 89, 90, 97, 114, 129 (suum subiit sic — sepulcrum), huius vv. 35 (cum — pio, caelesti pneumate pleno), 43, 45, 55, 63, 64, 113, 118, 131, 132.

Correptio longae syllabae in Thĕbăeorum (80), productio brevis in Mediōlanum (21), spēi (43), correptio simulque productio in Diōclĕtiani (14) adhibita est.

Eaedem fere leges metricae in Vita S. Gisleni observatae sunt, in qua septingentorum undenonaginta versuum tres (44, 212, 671) habent caesuram semiseptenariam, elisio non ante v. 107, post illum haud multo plus quam vicies quinquies invenitur; contra hiatum in caesura semel (129), synizesim bis in voce deinde (60, 257) deprehendas; spondaici duo versus sunt (178, 623). Omnes versus sunt Leonini omnesque praeter tres, quos modo dixi (44, 212, 671), arsi tertii pedis h. e. in caesura semiquinaria et thesi sexti pedis concinunt, nisi quod nonnulli (cf. vv. 23, 365, 444, 583, 732) binis ternisve syllabis similiter sonant. At in quattuor versibus hic similis verborum sonitus non cum caesura semiquinaria, sed vel cum semiseptenaria (638, 661), vel cum bucolica (194: Tunc inter frutices suspensa ut forte iacebat — unde suspensat legendum esse intellegas — 354) coniunctus est, in quattuor v

sibus (412, 632, 635, 662) praeter caesuram semiquinariam etiam semiseptenaria, in tribus bucolica (327, 370, 680) eum concentum habet, semel (338) ab omni caesura seiunctus est. Reliquorum versuum omissis viginti duobus, in quibus syllabae ae et e mutantur, octoginta duo parum eleganter congruunt, nec tamen plures quam novem (57, [338], 358, 477, 553, 602, 604, 620, 739, 744, quibus 609: enim — nomen adicias) consonantibus tantum extremis similitudinem satis ambiguam adfectant. Saepissime syllabae i, ic, is, it (tricies semel), em, en, ens, ent (septiesdecies), inter se respondent, rarius er, ert, es, est, et (octies), o, on, or, ors, os (septies), a, as, at (quinquies), ut, um, unt, ur, us (quater).

Allitterationem eius generis, quod supra descripsimus, circiter centum viginti versus habent, inter quos ii praecipue notandi sunt, in quibus plus quattuor verba ab iisdem litteris incipiunt: 17 (**E**ius **e**t **e**ximiae **p**rimordia **p**raerogativae), 44, (50), 61, 76, 94, (133), 195 (**A**c **s**i **c**um **c**atulis **s**ecura **c**ubasset in antris), 200, 257 (**D**indyma **d**einde **p**oli **p**ulsat **d**ulcedine voti), 259, 269, (287), 360, (408), 544 (**C**elsithroni **f**acilem **p**oscebat **c**um **p**rece **f**rontem), (565), 605, 697, 785.

Longae syllabae in hoc quoque carmine nonnunquam corripiuntur, ut praeter ecclesiam, cuius altera e semper brevis est: 468 (Dăvidis), 560 (erĕmus), 734 (cŭriae), 775 (Germăniae), breves producuntur: 186 (chōrus in thesi), 319 (nimiā in arsi et caesura), 456 (cātabulum in arsi), 519 (muliēris in arsi).

Primum solum horum novem poematum praeter dedicationem et praefationem Vitae S. Erasmi (v. 1—68) distichis compositum est. Ac pentametri quidem, cum quartus et quintus pes semper dactyli sint, satis accurate facti sunt. At decies (20, 86, 90, 100, 106, 210, 250, 274, 282, 340) hiatus in caesura pentametri, semel (357) in caesura hexametri semiquinaria, semel (53) in primo pede hexametri locum habet.

Breves syllabae vi caesurae pentametri producuntur (46, 54, 58, 60, 86, 100, 106, 128, 164, 210, 238, 250, 274, 280, 284, 302, 332, 338, 340, nisi sequente h positio efficitur, ut fortasse etiam 357, 356), saepius etiam in extremo pentametro, ut alternis fere versibus brevis syllaba locum habeat. Caesura semiseptenaria in hexametro sedecies, elisio in quinquaginta distichis circiter vicies quinquies admissa est. Homoeoteleuta Leoninis versibus similia, si licentiam satis magnam poetae concedere velis, in maiore parte hexametrorum invenias, ut novem vel decem inter quinquaginta versus omnino nullam consonantiae speciem prae se ferant; rarior hic concentus, si caesura circumscribitur, videtur esse in pentametro. Allitterationem ternorum vel plurium vocabulorum quarta fere pars omnium versuum habet, ex quibus haec tantum exempla afferam: 17, 43, 135, 158, 161, 174, 197, 214, 281, 299.

Omnes fere, quas adhuc notavi, et leges et exceptiones metricae ad cetera quoque carmina hoc libello coniuncta pertinent. Itaque ne singulis Vitis percensendis taedium lectori moveam, duas, quarum auctores plus solito in tractandis praeceptis metricis sibi sumpsisse videntur, paulo accuratius excutiam, reliquas leviter perstringam. Atque is, qui Vitam S. Erasmi scripsit, elisione ubique atque adeo in caesura semiseptenaria (183, 251, 369, 495; cf. v. 473) utitur, hiatu quater in caesura pentametri (4, 10, 52, 56), semel in initio hexametri (402); 423 est versus spondaicus. Caesura semiseptenaria satis crebra est; semiternaria in vv. 179 et 363 (443), bucolica in vv. 181 et 446 invenitur. Syllabae breves non solum in caesura et in fine pentametri sedem habent, sed etiam aliis locis et hexametri et pentametri vi arsi producuntur, ut 13, 17, 31, 37, 41, 86, 87, 120, 121, 133, 151, 156, 161, 167, 191, 241, 259, 280, 298, 337, 365, 379, 399, 409, 424, 441, 458, 468, 480,

483. Multo rarius longae syllabae corripiuntur, ut 80 (erĕmum), 161 (tŏrtor), 415 (ĕsto), 432 (valdĕ măgnumque), 443 (ultră), 473 (Campăniam), 482 (Formiăna). Allitteratione eius generis, quod adhuc usque respeximus, quinta vel sexta pars omnium versuum ornata est, nec plures omni consonantiae, quam rimum vocamus, specie carent, nisi quod, ut alias omittam varietates, nonnunquam caesuras semiternariam et semiseptenariam, saepius, cum semiquinaria caesura non sit ambigua, semiseptenariam versusque exitum occupavit.

In Vita S. Cassiani et ipsa elisiones eaeque nonnunquam binae in singulis versibus, et quae durius sonent, ut 33 (quae olim), 121 (de agnomine), 218 (quem omnia), nonnullae etiam in caesura semiquinaria accedente rimo (86, 121, 173, 254, 360, 404) inveniuntur. Hiatus interdum (109, 227, 312, 445, 499, 548) neglegitur, synizesis in verbis ei (46, 525), dehinc (457), diaeresis in suavis (170, 179), suasit (458, 514), Īŭlias (488) adhibetur. Allitteratione artificiosiore octava fere pars versuum distincta est, nec temere id factum esse exempli causa ex v. 336 (Conspice, clarifica, condi, compone, corona) intellegas. Omnes fere versus sunt Leonini, ut eorum, quibus homoeoteleuta prorsus desunt, numerus quadraginta vel quinquaginta non excedat. At magnam hic poeta licentiam et in producendis brevibus et in corripiendis longis syllabis sibi arrogavit. Praesertim nominum propriorum et verborum Graecorum quantitatem satis ex libidine mutavit, iterum ac saepius etiam verba vere Latina tentavit, ut 19 (fidēi), 35 aliisque locis (Cassīanus), 58 (xēnōdochĭum), 75 (Nilŏticam), 161 (lymphăseus), 177 (potĭretur), 194 (Laurĕntii cf. 199, 203), 195 (Diŏnaee), 239 (λᾰῶν), 249 et 295 (spēi), 285 (Domitīanum), 290 (Orĭŏnem), 293 (Hōnŏrius), 323 (fĭlii), 350 et 427 (idŏla), 372 (Ăfricae), 406 (Hegēmonius), 493 (Mausŏlĕo), 496 (Augustō-

dunensum), 535 (imbĕcĭles). Positionem littera h effici, cum in v. 182 (meŭm vincit) v neglegatur, ex vv. 411, 430, 491 conicias, nisi vi arsis id fieri malis.

His quinque carminibus reliqua, quantum ad rem metricam spectat, magis minusve similia sunt. Atque id, quod quaternario numero signavi, diligentiore legum metricarum observantia differt. Ter in ea elisio (23, 43, 245) reperitur; accumulatio litterarum m, n, t, a, e in v. 292 (Quae mutans animos mentes dementat amantum) non fortuita esse videtur. Quintum poema luculentum allitterationis exemplum praebet versu 33 (Valeriusque vigens vasti valetudine verbi); idem tales habet elisiones: nam urbs (14), qui egit (180), cum illo (305), o almorum (309), nonnunquam (88, 138, 161, 163, 172, 189, 225, 249) cum homoeoteleutis coniunctas. Solito saepius in hac Vita homoeoteleuta in caesura semiseptenaria antecedente semiquinaria locum habent nec solum triplex assonantia in caesuris semiternaria et semiseptenaria versusque exitu haerens ut 10, 51, 116, 267, sed etiam quadruplex ut 102, 140, 141, 142 (hi tres versus etiam inter se earundem syllabarum: um is — um is, semel am is concentu similes sunt) 198, 262 invenitur. Etiam in hoc carmine saepius breves syllabae corripiuntur, longae producuntur, velut 11 (paĕdagogos), 28 et 63 (Lucīanus), 30 et 65 (Crispĭnianus), 33 et 66 (Vālerius), 38 et 71 (Fuscīanus), 31 et 66 (Rŭfinus), 43 (septīformis), 48 (varios căsŭs), 61, 123, 216 (Ambiănis), 65 (Suessīones), 73 (Dīŏclĕtianus), 115 (Rĭcĭōvărus, at 86, 223 Rīciŏvārus), 121 (Sāmārŏbrĭum = Sămărobrīva, 152 Sămarobrium), 148 (cŏmplexu), 154, 239, 241 (Gēntīanus, 219 Gĕntĭani, nisi forte Gentjani legendum est), 200 (collĕga), 278 (hūic), 277 (nostēr in arsi et caes.), 312 (ambigerē in arsi), 344 (victurŏs).

De septimo et octavo poemate nihil, quod post ea, quae adhuc disserui, plane novum afferam, nisi duo hypermetra (VII. 469 et VIII. 618) et miram illam nominis Diocletiani (VIII. 551 Cum Dio pellatur Cletianus) distractionem ego quidem habeo.

Spirae, mense Sextili MDCCCLXXXVI.

I.

PASSIO

f. 4v

SS. PETRI ET PAULI APOSTOLORUM,

FACTA NERONIANA

ET

EPIGRAMMATA SUPER OPERIBUS APOSTOLI PETRI.

ALLOCUTIO SIVE PROOEMIUM
AD LEONEM, PAPAM URBIS ROMAE.

Praesul amande, Leo, hic valeas per saecula multa,
  Posthaec det tibimet regna beata deus.
Inter mundanas furias gladiosque minaces,
  Quis Romana tremit concutiturque quies,
5 Musica forte silet maestis contraria semper:
  Frigida sic calidis dissociata manent.
Nunc cum tristis hiems abiit diraeque procellae,
  Iam resonent lyrici dulcisonique pedes.
Sat grata est requies post duros saepe labores;
10 Quam sit amanda salus, febris amara docet.

Varia lectio. 'Prohemium' 2 'Post haec' 7 versus praeter duas primas litteras inferiore margine folii resecto excidit in **T**; **B** exhibet 'hiemps' 'direque' 9 'sepe'

David, eximius regum per saecla canendus,
Proelia multiplici praecinit acta modo.
Haec mentem movere meum nunc tangere plectrum,
Ut spiret dulcem fistula pauca sonum.
15 Contemnenda foret, caneret ni grandia, certe;
Aurum sed fulvum capsa nigella tegit.
Per se nam stridet, Petri sed nomine gaudet:
Missus mittentis saepe in honore nitet.
Nec ridenda canit tamquam sine teste laborans
20 Discipulusque Petri haec Hegesippus ait.
Hic voluit sanctus valuit nec fingere falsa:
Ex vero vera haec fonte fluenta bibi.
Quae metro voluit nostra immutare Camena,
Ut sudet Petro pinnula nostra sacro.
25 Haec vestrum spectant examen qualiacunque,
Quae digesta patent, papa beate, Leo.
Littera nam rutilet quamquam splendente metallo:
Ni vobis placeat, nobilis esse nequit.

Finit prologus sive prooemium.
Incipit textus apostolicae passionis.

Claviger aeternae paradisi et ianitor aulae, f.
30 Cedere cui iussu claustra tremenda solent,
Postquam clave crucis reserata est ianua caeli
Friguit atque unda sanguinis ardor atrox,
Mox semet Petrum, petrae cognomine dignum
Comprobat et fortem fortia gesta canunt.
35 Iudaeam gentem nam semper sorte duellem
Suscipit et pastor pascere certat oves.
Immemor illa tamen haud mentis semper avitae

---

11 'secla' 12 **B** '*Prodia*' 14 'pauca' an '*rauca*'? 15 'Contempnenda' '*nigradia*' 18 'sepe' 19 **T** 'tanquam' **B** 'tamquam' per compendium scr. 20 'Egesippus' 23 'inmutare' 25 'qualiacumque' — 'Prohemium' 29 '*Claviger*' seu '*clavifer*': in **T** littera g vel f excidit; **B** '*Clauier*' 'paradisy' 30 **T** 'Caedere' **B** 'cederae' 33 'petre' 35 'Iudeam'

Perfidiae solitum novit inire modum:
Reiecit sanctos propriaque ex sede fugavit
40 Expulit et vitam morte manente sibi.
Finitimae ergo fides genti dum traditur alma
Samariae et Petri spiritus ore datur,
Seminibus castis se toxica saeva subornant:
Falluntur, fallunt non tamen illa Petrum.
45 Pestis enim fallax, nudo cognomine Simon,
Daemonicis plenus artibus atque malis,
Dum divina cupit post vendere dona salutis,
Cum sociis meruit voce perire Petri.
Hinc postquam in Petro virtutem sensit herilem,
50 Implevit socium vis inimica suum.
Urbs antiqua sedet declivi in parte locata,
Qua Phoebi lampas tingere novit equos:
Romam hanc dicunt olim et dixere priores; f. 1
Alluit hanc Tibris Albula nomen habens.
55 Hanc deus omnipotens, mundani conditor orbis,
Praeposuit cunctis urbibus atque locis,
Ut doctrina fluens mundum percurrere posset,
Dum manibus regitur unius imperii.
Praestruere hunc cupiens callem tunc fraudis amator
60 Simonem huc misit urbis obesse bono.
Qui magus populum dum ludens versat inertem
Et vanis vanum perdit, uterque perit.
Daemonis ista manet semper sub corde voluntas,
Ut perdat homines, qua valet arte mali.
65 Supposuit Christus dira sub peste ruenti
Ecclesiae propriae signiferum ipse suum,
Missile qui verbi librans et spicula torquens
Pectus in adversum figere macte queat.
Ausoniae Nero regnabat populoque Quiritum

---

43 B 'seua' '*subornat*' 45 'Symon' 46 'Demonicis' 51 '*lacata*' 52 'Phebi' 56 'Preposuit' 58 'manibu' 59 T 'Prestruere' B '*Perstruere*' 60 'Symonem' 66 'Aecclesiae' 'proprie' 68 'inaduersum'

70 Parte sub occidua ius dare suetus erat.
Hesperiam hanc veteri referunt cognomine dictam,
Italiam vocitant, qui modo rura tenent.
Heu, regit hic alios, legum qui vincula rumpit
Abdicat et, quidquid sanctio honesta iubet.
75 Res Romana huius sub tempore paene relapsa est:
Urbs conflagravit plurimaque aera cadunt.
Omnibus his cumulus successit Simon amaris,
Debitus ut finis parte in utraque foret.
Praestigiis suffultus erat hic daemonis atri
80 Iactanter firmans cuncta subesse sibi,
Se patris esse docens virtutem, qua pater ipse
Polleat, et per quem cuncta creata regat.
Credulus his verbis princeps stultissimus ergo
Coepit amare parem, credere dicta quoque.
85 Defensor patriae vocitatur praesul et urbis
Nec talem Romam unquam habuisse virum.
In tantum magicis populum delusit in actis,
Ut se iactaret quire vocare animas.
Petrus ad haec domini virtute accinctus et armis
90 Cum Paulo socio haec fugienda monet;
Detegit insidias Simonis corde repostas
Omnia falsa probans, quae ferus ille docet.
Cernere erat proceres domini geminasque columnas,
Hinc quoque bis numero daemonis esse viros;
95 Hinc Petrus Paulusque micant et fulmina mittunt,
At Nero corde fremit, Simon et ipse gemit;
Hinc deus assistit spectator huius arenae
Zabulus hinc et adest per simulacra latens.
Taliter in medio certantibus ecce repente
100 Fama refert clarum oppetiisse virum.

---

71 'Esperiam' 74 'quicquid' 75 'pene' 77 '*cumulis*' 'Symon' 79 T 'Prestrigiis' B 'Prestigiis' 'demonis' 85 'presul' 86 '*tamen*' B 'umquam' 87 T 'Intantantum' T 'inactis' 88 T '*uire*' B '*iure*' 90 '*fugenda*' 91 'Symonis' '*cordere potestas*' 94 'demonis' 96 'Symon'

Non plebeius erat, celso sed sanguine cretus; f.
Caesaris, ut fertur, namque propinquus erat.
Curritur ad Petrum, complentur compita luctu;
Sexus uterque petit valde venire Petrum,
105 Ut vitam reddat capiant et membra vigorem.
Hoc faciens Christum approbat ipse deum.
Adversae partis cupiunt et adesse nefandum,
Ut se hac virtutem prodat et esse deum.
Diversae partes, studium, diversa voluntas:
110 Hoc commune boant: 'Vita fugata, redi.'
Simon ait vitam propriam pro morte pacisci,
Mortuus ad vitam sin remearet homo.
Daemonis ille lupus, fautor propriusque satelles
Primas dante Petro suscipit ipse vices
115 Carmina dira diu tacito sub gutture frangens,
Propter stans hominem ludificansque suos.
Clamor ad alta volat iam iamque sedere iacentem
Iamque agitasse caput, cetera membra simul.
Petrus ad haec vulgo miranti talibus infit:
120 'Non decet ista viros credere vana satis.
Si vivit, peragat vivorum munia sospes,
Ambulet, exsurgat consedeatque simul.
Absistat paulisper enim si forte minister,
Cessabunt pariter facta nefanda quoque.'
125 Abducto paulisper eo longeque remoto f.
Exanimem patuit mox iacuisse virum.
At vero Petri, cui claustra inferni patescunt,
Oratu et voce vita vocata redit.
Erigitur, cernit, loquitur, residens epulatur,
130 Ambulat, exsultat, laudat amatque deum.
Tollitur in caelum clamor Christumque salutat
Sexus uterque simul, conditio et populus.

---

101 '*plebe ius*' 102 'Cesaris' 103 'competa' 104 '*Sextus*' 109 '*diuerse parte*' 111 'Symon' 113 **B** 'Doemonis' 115 **T** 'guttere' 122 **B** 'ex urgat' 130 'exultat' 132 **B** '*condito*'

Amplectanda canunt cuncti iam verba salutis,
Quae Petri et Pauli voce manare solent.
135 Matre pia rogitante Petrum, ne morte reductum
Deserat et posthaec morte perire sinat,
Petrus ad haec: 'Sat fida tibi sententia, mater,
Insideat, Christo credito: salvus erit.'
Ludibrio Simon habitus penitusque repulsus
140 Tecta Neronis adit corda ferina ferens,
Dentibus infrendens quassantibus undique verba;
Lumina felle livent taliaque ore sonat:
'Hactenus hanc urbem nostro moderamine fultam
Ob culpam offensae linquere corde sedet.
145 Iam deserta sciet, se quod fata impia prendant;
Contemptum nostri seu sua damna luet.
Iam nunc celsa petam, caeli secreta subibo,
Saecula ne nos haec infida iam videant.
Ascendam rupem Capitoliaque ardua Romae
150 Et celeri pinna in aethera abibo volans f.
Proxima iamque dies fidei documenta patescet
Aspiciens memet scandere regna mei.'
Attoniti populi Romae induperator et ipse
Ignotas spectant cernere iamque vias.
155 Convenere viri Romani et gloria regni
Sponsoremque cient, reddere sponsa volunt.
Adfuit et Simon, rupem conscendit in altam
Assumptisque alis aeris alta petit.
Infelix nimium, caelo terraeque perosus
160 Nec terra dignus, nec fuit ille polo,
Spiritibus saevis sed, quorum patria haec sunt,
Communem sociis coepit amare locum.

---

135 'nemorte' 136 'post haec' 138 '*insidiat*' 139 B 'Symon' 141 T 'quassanctibus' 143 B 'modoramine' 144 '*corda*' 145 T '*scient quod*' B '*sciet quod*' B 'prendent' alterum e in a mutatum 146 'dampna' 150 '*sceleri pinnam aethera librabo*' 153 B 'At toniti' 154 '*iam*' 157 'affuit' 'Symon' 161 'seuis' T 'hac' in 'haec' mutatum

Mirantur turbae, plangorem ad sidera tollunt;
Iam stupor atque metus inscia corda quatit;
165 Iam mutant verbum, varia est sententia turbae:
Virtus magna dei Simon habetur ab his.
At magnis Petrus precibus votisque perorat;
Non impar voto Paulus et ipse fuit.
Sed Petrus caelo, terrae praefectus et imis
170 Spiritibus taetris, quod cupiere, tulit.
Pectoris ex imis crebro suspiria rumpit,
Obsecrat, ut tollat talia monstra deus.
'Tu, deus,' inquit, 'habens virtutem solis et umbrae,
Qui super astra sedens terrea semper amas,
175 Respice, ne pereat populus sub imagine falsa, f.
Ne serpat nimium daemonis atra lues.
Decidat in terram temerator culminis alti,
Cognoscat meritis regna petenda poli.
Nec tamen ille cita descendat morte malignus,
180 Sed doleat cernens crescere regna tua.'
Extemplo his dictis pinnarum fulcra fatiscunt,
Decidit et fracto crure relapsus homo est
Experiens verum, quod saecula prisca canebant:
'Ne multum alta velis, ne inferiora petas.'
185 Romani populi cuncti videre cadentem:
Hic stupet, ille dolet, talia ut esse solent.
Concessit miser Ariciam haud miserabilis ille;
Ipsius hinc vitam mors fugienda fugat.
Urbs tanto viduata malo sub pace quiescit;
190 Nam redit apta salus, cum perit atra febris.
At Nero tunc tanti casum miseratus amici,
Ceu lupus ore fremit, cum sua damna videt,
Itque reditque frequens cupiens captare Molossum,
Custodit domini qui pia lucra gregis,

---

163 'sydera' 166 B 'Symon' 167 B 'praecibus' T 'uotis' que ab ipso librario suppletum 169 'prefectus' 170 'tetris' 176 'demonis' 179 '*illa*' '*discendat*' 181 'Extimplo' 184 T 'multaim' 187 *Aricium* 191 'tanti' a ex u emendat^m 192 'dampna'

195 Haud aliter princeps frendebat corde malignus,
Quod sibi nequitiae cernit abesse parem,
Pastoresque, pius posuit quos pastor ovili,
Terrae auferre parat, quis dedit <ille> polum.
Iussa nefanda tonant comprendi iamque iubentur, f. 8v
200 Corporis ut nexus vita relinquat ovans.
Nec tamen ista timet Petrus Romamque relinquit,
Ne paveant nati, quod cupiere patres.
Grex tremit atque timet pastorem perdere magnum,
Ne leo perdat eum undique fraude fremens.
205 Supplex ergo preces allegat voce benignus,
Cedere ne pigeat tempore, rure, loco.
Ille recordatur verbi sub mente reposti,
Quod sibi Christus ait: 'Commoriere mihi.'
Praebuit invitus consensum Petrus amicis
210 Et iuvat interdum urbe referre pedem.
Nocte sub obscura collectos undique fratres
Hos coram alloquitur, oscula sancta dabat.
Alloquitur, roborat, hortatur et instruit omnes
Sub nocte et tota semina sancta serit.
215 Aurora Oceanum cum linqueret alba profundum
Et roseam faciem spargeret ac radios,
Apparuit sibimet Christus sub imagine certa,
Quam certam ex usu noverat esse sibi.
Luminibus mersis curvo seu poplite terram
220 Membra repente petunt voce rogante pia:
'Quo tendis, domine, o caelum terramque reples qui?'
Hic Christus reddit congrua verba loquens:
'Advenio Romam crucifigi morte secunda.' f. 9r
Nam moritur membris pascitur inque suis.
225 Advertit Petrus domini se voce notari
Protinus et coeptum linquere coepit iter.
Urbis uti portas murorum et claustra petivit,

---

198 '*ille*' vel simile aliquod verbum excidit 199 **B** 'conprendi' 206 'caedere' 209 'Prebuit' 218 '*exusum*' 219 'poblite' 226 'ceptum' **B** 'caepit'

Mox hunc comprensum vincula dura ligant.
Additur et Paulus vinclis sociatque catena,
230 Nectebat semper quos socialis amor.
Exquisita Nero poenarum monstra recurrit,
Quo genere hos sanctos perderet ipse viros;
Divinis nequeunt humana obsistere namque,
Quae deus ille volet, qui bona cuncta valet.
235 Itque reditque frequens intentio dira virorum:
Quod statuit Christus, tortor iniquus agit;
Nam praedicta crucis prensat sententia Petrum,
Caeditur at Paulus ense nitente pius.
Ducitur ad poenam gaudenter denique Petrus
240 Aspicit atque crucis stigmata nota sibi.
Carnifices poscit convertere robora ligni,
Dissimilis simili ne occidat ipse nece,
Seu quia tortor amat poenarum augmenta malignus
Indulgetque libens, si petat hoc patiens.
245 His Nero perfectis laeto sub pectore gaudet,
Doctores iuris quod cecidere sacri.
Et populi gesta haec maesto sub corde volutant,
Ne sata laeta prius tristis eruca voret.
Sed Petrus dictis tristes armarat amicis
250 Promittens pacem ecclesiaeque bona
Nec iam deferri contemptus digna superbi
Verbera posse diu vindice nempe deo.
Oratu, hortatu, precibus monitisque benignis
Instruxit, docuit pastor amandus ovans.
255 Exuvias animae nobilis orbisque levamen
Pendens dimisit spiritus astra petens.
His firmis, o Roma, nitens geminisque columnis
Hic retines Petrum Paulus et inde iacet.

---

228 **B** 'conprensum' '*uincla*' 231 'penarum' 237 'predicta' 238 **T** '*Creditur*' **B** item, sed prius r erasum 239 **T** 'penam' **B** 'paenam' 243 'tortor *erat*' 244 **T** 'lubens' 245 'leto' 247 'mesto' 250 'aecclesiaeque' 251 an '*defendi*' seu '*depelli*'? 253 **B** '*hora tu*' 258 '*His retinens*' pro '*Hic*' fortasse scribendum '*Hinc*'

Hinc oriens Petrum pulchro cum lumine cernit
260 Occidua et Paulum pars tenet atque fovet.
Hae geminae partes populos ad limina mittunt,
Quorum gaudebas laeta cruore sacro.
Ornabare prius multo cum sanguine saeva,
Ornaris mitis cum pietate modo.
265 Oppugnata olim multis saevisque tyrannis,
Supplex te quisquam rex petit, audit, amat.
Hoc meruere duces, quorum tu munere tanto
Nunc vernas, flores, adfluis atque cluis.
Gallus, Avar, Parthus, Syrus, Gaetulus et Indus,
270 Quos tremuere tui, dant tibi colla, manus.
Gesta tyrannorum, bellum civile vel hostis — f. 1
Nam saevire nequit te reprimente, deus;
Invidia absistit sancta et devotio flagrat.
Quaerere te, Petre, undique terra sitit;
275 Te fletu lacrimisque rogant singultibus atque,
Culparum nexus solvere ut ipse velis.
Te quoque, Paule, adeunt aequa cum mente petentes,
Ut Petro precibus consociere piis.

HACTENUS PASSIO APOSTOLORUM; ABHINC FACTA NERONIANA CANENTUR.

Exitium postquam laetus Nero forte peregit
280 Sanctorum et maduit ille cruore sacro,
Non siluit sanguis furva sub nocte latendo,
Sed clamore suo aetheris alta subit —
Haud secus — Abelis iusti documenta secutus,
Vox cuius clara sanguinis alta petit;

---

261 'gemine' 265 'seuisque' 268 'affluis' '*cliuis*' 269 'Partus' 'Getulus' 271 B '*Festa*' 274 'Querere' 275 'fletula criminisque' error in ipso codice T correctus est 278 '*consociare*'
T 'Neronīa' B '*Neronia*' 281 B '*Consiluit*'

285 Nam queritur semet multo cum crimine fusum
Insontem et sontis cur pepulere manus.
Domitium haec tangunt facta impia nempe Neronem,
Qui sine labe viros fecit adire necem.
Is meritas tribuente deo iam pendere poenas
290 Iussus Romanos movit in arma viros;
Nam patres caesos, urbis dispendia ab igni,
Maternum incestum, cetera probra sui:
Imputat ista viro populus Romanus inerti.
Conspirant pariter; linquitur, ut meruit.
295 Iam iugulo capulus superimminet atque recedit,
Ut visum misero est; lux tenebrescit ei;
Corde tremit, membris quatitur nec lustra fugaci
Munimen tribuunt sicque perosus abit
Pro populo et patribus comitatus paupere turba,
300 Libertos numero quatuor aspiciens.
Silvarum dumis, rhamno seu carice scissus
Huc illucque fugit omnia fida timens;
Consilio infelix nimium deceptus acerbo
Praeparat ipse sibi, quo pereat, laqueum.
305 Sic, sic namque perire solent, qui tramite iusto
Abiecto et recto devia quaeque volunt.
Sic periit quondam Davidis filius excors,
Qui patrem regno pellere luce cupit.
Mors non dissimilis Achitophel forte peremit
310 Gutture constrictum sat pietatis inops.
Iudas ipse etiam domini nec traditor hoc est
Exitio exceptus, dum hac perit ille nece.
Facta hominum Christus aequa sub lance repensans
Aequa dabit paribus Tartara pro meritis.
315 Nunc etiam paribus gestis persolvere poenas
Aequalis aequus nomine saepe iubet,

---

287 T 'Domicium' B '*Dominicum*' 'hec' 288 T 'nerem' r in c mutatum 292 T '*sev*' B '*seu*' 295 'super imminet' 'recedit' an '*resedit*'? 301 'ramno' 304 'Preparat' 30[illegible] 'Achitofel' 312 '*haec*' 314 T 'artara' 316 'sepe'

Ut similes simili poena plectenda, malignos f. 11r
Urendos socio noveras esse foco.
At iustos iustus placida sub sorte beabit,
320 Dissimiles merito dissimilesque loco.

EPIGRAMMATA SUPER OPERIBUS APOSTOLI PETRI.

De prima Petri vocatione.

Auspiciis primis Simon fit nomine Petrus
Fratre duce et meruit cernere tecta dei.

De secunda et tertia interrogatione.

Ex gemina gemino clamatur lintre vocatu,
Piscator hominis pastor et esset ovis.

De ereptione eius ab aquis.

325 Caerula dum verrit ponti vi flaminis actus,
Occidit atque manu hunc allevat ipse deus.

De clarificatione Christi.

Cum Christo montem scandit sociisque gemellis,
Summa videt geniti audit et alta patris.

De confessione Petri.

Multimodos sensus Petrus cum voce relinquens
330 Confessus Christum rura polumque ligat.

De percussione servi Malchi.

Traditur, en, Christus, titubat non denique Petrus:
Auris secta cadit ense recisa Petri.

De negatione Petri.

Concutitur posthaec humano denique more, f. 11v
Sed levat hunc Christus visibus et lacrimis.

---

321 'Symon' 325 'Cerula' 329 B '*Multimodis*' — B 'De clarificatione ΧΡΥϹΘΟΥ' 333 'post haec'

De visione resurrecti Christi.

335 Primus hic Christum post Tartara saeva virorum
Cernere promeruit, qui pia castra regit.

De commendatione ovium.

Ast epulis posthaec nimium dignatur amoenis
Suscipit et terna vincula ternus amor.

Numerum restaurat lapsum.

Hinc duodenus honor Iuda moriente minutus
340 In numerum priscum hoc revocante redit.

Milia Iudaeorum salvat.

Consilio pollens Iudaeam denique gentem
Instruit et salvat milia plura virum.

De claudo erecto.

Claudus erat marcens, utero cui poples adhaesit,
Quem Petrus socio nempe Iohanne levat.

Caeditur Petrus et caedit.

345 Effera gens Iudaea viros pro talibus ausis
Caedit, at ipsa sacri caeditur ore Petri.

De Anania et Saphira.

Principio nascens damnatur schisma nefandum
Voce Petri et coniunx ictus uterque ruit.

De Simone mago.

Simon, ille lupus ficto seu nomine frater,
350 Dum divina petit vendere, rite perit.

De Aenea.

Aeneas Lyddae paralysis peste gravatus:
Pallida mors obiit luxque fugata redit.

'*resurrectione*' 335 T 'postartara' 'seua' 337 'post haec' 343 'adhesit' 344 '*lavat*' 345 'Iudea' 346 'ipse' e in a correctum 347 'dampnatur' 'schimma' — 'Symone' 349 'Symon' 351 'lidde'

De centurione.

Centeno ex numero iustus cognomen habebat,
Qui domus atque eius sacra lavacra petunt.

De visione Petri.

355 Ne dubitet Petrus gentili tradere sacra,
Lintea ter missa spiritus atque docent.

De ereptione Petri.

Carcere contrusum Herodes vinxerat atro;
Angelus absolvens iussit abire Petrum.

Petrus ecclesiae causas dicit.

Legales ritus vellent cum extollere quidam,
360 Sublevat ecclesiam fasce gravante Petrus.

Ab Iudaea Antiochiam migrat.

Antiochenae urbis visit post moenia Petrus,
Quo vernat pulcher multiplicatus ager.

Ab Antiochia Romam transiit.

Hic sata sancta iacit, redeat quis fruge fecundus;
Docturus Romam post venerandus adit.

---

354 'domos' os in us correctum — 'aecclesiae' 360 'aecclesiam' — 'Iudea'

II.

VITA S. VERENAE VIRGINIS. f. 13

INCIPIT VITA S. VERENAE VIRGINIS.

Virgo Verena fuit, quam multum Christus amavit.
Haec de gente pia fertur venisse Thebaea
Nobilis ista manens, sanctos imitata parentes.
Scilicet hanc ipsam sacro spiramine plenam
5 Omnes unanimes commendavere parentes
Pontifici summo nimia virtute referto,
Narrant pro Christo passum quem sanguine fuso,
Iure suo proprio qui regnat in aethere summo,
Quatenus acciperet sacram baptismatis undam
10 Et donum fidei sumpsisset mente fideli.
Contigit, Aegyptum quo viseret inferiorem,
Plurima credentum qua subdita turba virorum
Daemonibus vanis necnon mutisque metallis
Imperio saevi cogente Diocletiani.
15 Tempore tunc illo sub Caesare Maximiano,
Dux, ubi, Mauritius cum nollet ferre coactus
Tura diis, sequitur legio tunc cuncta fidelis,
Prosilit in iugulum rex Mauritiique suorum.
Cui virgo Christi cupiebat se quoque iungi
20 Virginibus sacris fidei cum pignore comptis.
Tunc Mediolanum magnam pervenit ad urbem
Martyrii sacram cupiens conquirere palmam

'Verene' 2 '*degente*' 'Thebea' 8 'ethere' 9 'Quatinus' 13 'Demonibus' 14 'seui' 15 'Cesare' 16 'Mauricius' 18 'Mauricii' 21 '*magnum*'

Et loca circuiens ergastula cuncta requirit,
Quis homines sancti resedissent compede vincti,
25 Qui iam digna pati possent pro nomine trini.
Hic aliquos virgo fertur mansisse per annos
Cum quodam sancto mira bonitate retento.
Audiit ex saevo tunc Caesare Maximiano
Mauritii comites gladio fore nempe peremptos.
30 Mox super Alpinos narratur pergere montes,
Venit ad Augannum confestim virgo locellum;
Inde means rabidas Araris tunc transiit undas.
Illic exiguo consistit caespite sancto,
Iuxta Solodurum qui stabat denique castrum,
35 Cum seniore pio, caelesti pneumate pleno,
Qui legione pia fertur venisse Thebaea
Multimodisque bonis fulgens intentus et omnis
Ad dominum mundi, qui sidera vergit Olympi.
Hic tenuisse sacrum narratur virgo libellum,
40 Quem scripsisse pius legitur martyr Cyprianus
Virginibus sacris fidei de dote potitis,
Idem quo summi regis confessor Olympi
Spei doctrinam semper docet esse magistram,
Quam quoque tentorium dixit constare sacratum
45 Egregiae fidei nimio fulgore nitenti,
Quae cultrix uno domini iam iamque lapillo
Culturam veterum legitur deponere divum,
Hanc gressusque ducem iam dixerat esse salubrem.
Fertur in angustam virgo tunc isse speluncam;
50 Anus enim quaedam regem confessa perennem
Hic procul in sacro legitur mansisse locello,
Annonam vitae praebet quae namque puellae.
Auxilium fidei necdum tenuere pagani,
Imperiis veterum sed adhuc paruere deorum.

---

24 '*residissent*' 28 'seuo' 'Cesare' 29 'Mauricii' 30 '*Alpinas*' 33 'cespite' 36 'Thebea' 37 'omnes' e in i correctum 38 'sydera' 'Olimpi' 40 'scribsisse' 41 'dedote' 42 'Olimpi'

55 Quod virgo Christi, cui parent plasmata mundi,
Semper enim flevit, quod postea causa probavit;
Vertit enim multos gentili sorde ligatos,
Illustrat caecos pariter salvavit et aegros
Reddidit et multis vestigia solida claudis
60 Insuper auditum surdis redditque salubrem.
His ita iam signis sancta de virgine factis
Gens Alamannorum turbis subiecta deorum,
Tunc libans saevis semper libamina monstris
Ilico per sacrae nimium sacra verba Verenae
65 Multum mutavit fidei lumenque recepit,
Insuper aetheriam sumpsit baptismatis undam.
Interea sancta fierent haec virgine signa,
Invidus ille, malus, saevus, truculentus, amarus,
Daemon enim frendens rabidorum more leonum,
70 Militis Italici cor presserat atque fatigat;
Suasit enim poenis illam damnare cruentis,
Quam statim post se suasor contraxerat ipse. f. 14v
Cumque teneretur taetro sub carceris antro,
Mox puer adveniens ergastula candidus intrat.
75 Quem mox ut vidit, sic tali famine dixit:
'Tu quis enim fueris, seu quod iam nomen habebis?
Nunc in honore pii mihimet rem dicito Christi.'
Tunc puer ille pius nimio fulgore retentus
Talia ⟨ad⟩ verba sacrae legitur mox verba proferre:
80 'En, sum Mauritius Thebaeorum germine natus
Et teneo sanctam nunc martyrii quoque palmam
Missus et aetheria tibimet sum caelitus aula,
A me subsidium praestetur ut omne per aevum.'

---

58 'Inlustrat' 'cecos' 59 'uestis' scribi institutum erat 62 '*turis*' 63 'seuis' 64 'sacre' 65 fortasse '*Vultum*' 'recaepit' 67 an vocabulis 'fierent haec' '*dum*' interponendum videtur? 68 'seuus' 69 'Demon' 70 '*compresserat*' 71 'penis' 'dampnare' 72 versus neglegentia librarii bis scriptus est et suo loco et post v. 70, nisi quod hic 'Quem' pro 'Quam' exstat 73 'tetro' 79 '*ad*' in codice deest 'sacre' 80 'Mauricius' 'Thebeorum' 83 'prestetur'

Miles ut haec dixit, sese super astra levavit
85 Ille pius iuvenum circumdatus agmine sacrum,
Namque lavere suas agni qui sanguine stolas.
His ita transactis cunctis et rite patratis
Denique praedictus iudex a febre coactus
Se sperasse suam dicebat linquere vitam;
90 Demandando suis iussit statim quoque servis,
Ut sanctam peterent, sibi quo veniam tribuisset.
Illuc pergentes et nil sibi iussa morantes
Asseruere piae domini tunc verba Verenae.
Quae non despexit, sed talia verbula dixit:
95 'Omnia, quae potero, votis precibusque replebo.'
His ita promissis sacra de virgine votis
Iudicis ex membris fugit undique fervida febris.
Praeterea signum virgo patraverat unum:
Denique cum cella longe mansisset in una,
100 Copia tunc panum cunctis defecit ad usum.
Hoc mox prospexit, dominum sic virgo precavit:
'O factor caeli necnon plasmator Olympi,
Constas cunctorum qui fons et origo bonorum,
Exaudi miseram pietatis dona precantem
105 Et largire tuis famulabus xenia panis.'
Ilico tunc Iesus panis concesserat usus;
Nam virtus fidei flectebat numina Christi.
Ecce, quater deni divino munere sacci
Protinus adfuerant, qui cunctis sufficiebant.
110 Nunc omnes sacrae laudes retulere puellae
Aeterno domino, retinet qui cuncta pugillo.
Tempus ut advenit, quo corpus linquere sensit,
Ad lectum rediit, quo languida membra refovit,
Emissura suum spiramen ad aethera sanctum.
115 Tunc genetrix domini veniens ex aethere caeli
Undique virgineis iam circumsaepta choreis

---

88 'predictus' 91 'peterent' primum e ex a correctum 93 'pie' 98 'Preterea' 102 'olimpi' 103 '*Constans*' 109 'affuerant' '*sufficiebat*' 110 'puelle' 115 'genitrix 116 'circumsepta'

Assistens sanctam consolabatur et ipsam.
Quam mox ut vidit, voces has pectore prompsit:
'Nullius meriti potero fore digna videri,
120 Ut dominam valeam mundo iam cernere dignam, f. 15v
Ab cuius alvo saeclo spes venerat isto
Aeternae vitae, semper remanet sine fine?
Postulo nunc, flagito, rogito, deposco, rogabo,
Iungas me turbis, fulgent quae vestibus albis.'
125 Et mox e contra respondet domna Maria:
'His te iungo meis nunc, nunc, soror, ecce, choreis.'
Cumque diu sanctas has deprompsere loquelas,
Reddidit aetherio sanctum mox flamen Olympo
Et mortale suum subiit sic ipsa sepulcrum.
130 Cui tunc basilicam populus construxit amoenam;
Namque loco signis fulget nunc semper opimis,
Quem nos Zurciacam vocitamus nomine villam.

---

125 'econtra' 127 'loquellas' 128 'Olimpo' 129 'sepulchrum'.

III.

VITA S. ERASMI.

VERSUS AD ENGILMARUM,

VENERABILEM DOCTOREM ET GRAMMATICAE RHETOREM.

O felix semper, magne Engilmare, magister,
  Care dei famule, doctor et abba bone,
Mystica res etiam celebre tribuit tibi nomen:
  Diceris ore hominum angelicus quoque vir,
5 Angelus aut famosus eris cum nomine dictus;
  Virtus celsa tibi sic vocitare dedit.
Inde secundum nomen eris hunc missus in orbem
  Militibus Christi pandere iura poli.
Qui refoves homines iam saepe favoribus omnes,
0 Auxiliare tuo et mihi discipulo,
Inspicere scriptis digneris vilibus istis,
  Distantes versus corrige tu manibus.
Credo meum nunquam posse persistere versum,
  Ni claris oculis cernere nempe velis.
5 Sit quamvis dictum exiguum, non despice nostrum,
  Mente sed huc versa desine magnifica.
Nam saepe contingit ei, qui maxima captat,
  Ut dignetur enim parvi aliquid capere,

'grammatice rethorem' 3 'mistica' 9 'sepe' 13 'numquam' 17 'sepe' 18 '*dignatur*'

Egregiosque cibos tentat qui sufficienter,
20 Austeriora tamen carpere poma velit.
Potibus et vino semper dominatur amando:
Exhausto laticis pocula quippe cupit.
De libris, domine, ad tempus requiesce profundis
Horum et nunc aliqua perspiciendo lege, f. 34'
25 Lingua tua et quando dictis versatur in istis,
Res si parva placet, laus tibi deinde manet.
Organa ut absque viro non possunt promere cantus,
Sic sine te, domne, nil modulare queo.

Incipit praefatio de vita sancti Erasmi, qui post multas poenas ac magna tormenta vitam cum pace finivit (a. d.) IIII. N(on). Iun.

Quisquis in orbe manet, curis constringitur atris;
30 Cor quocunque regit, sollicitudo aderit.
Huncque tenent mundum genera diversa laborum:
Hic vitiosus amor cassus eritque labor. f. 35'
Quisquis avarus erit, mundo sese implicat isto:
Omne, quod ille cupit, prendere non poterit.
35 Nonnulli immensas volitant conquirere gazas:
Quantum hi plus cupiunt, plus minus invenient.
Et quidam multa quoque anhelant rura tenere
Ac populum imperio stringere saepe suo,
Diligit et quidam latum regnare per orbem
40 Hic nec mente tenet, una dies quid agat.
Haud dubium: subito cuncta liquefacta peribunt;
Ceu nunquam fuerint, omnia quippe fluunt.
Et tamen haec multi semper captare laborant:
Hi quando hinc properant, praemia nulla tenent.
45 Ast alii meliora parant certaminis arma:
His pietatis amor, his labor est melior; f. 35'

'prefatio' 'Herasmi' 30 'quocumque' 32 'viciosus' 36 '*hic*' 38 '*imperium*' 'sepe' 41 'haut' '*sibito*' 42 'numquam'

His etenim magnos cordi est captare labores,
Ut valeant capere gaudia perpetua.
Pertulerint aliqui diri tormenta flagelli:
50 Illis nempe tamen perfida mens neque fit.
Hic collatus erit, vitam hic cum pace subibit:
Et capiunt palmam ambo salutiferam.
Sanctorum vita hoc quamvis sit tempore dispar,
Una tamen requies omnibus his veniet.
55 Felices cuncti aeterna de morte redempti
Praemia de summo accipient domino.
O quam laudandi tales mortalibus omnes,
Quis laudes coetus fatur et angelicus!
Carmina quippe viro volui de talibus uno — f. 36r
60 Egregie modulis psallere dulcisonis.
Si laudes potero totis cum viribus olli
Auxiliante deo promere nunc cupio.
Rennuit ille quidem terris conquirere gazas:
Divitias sprevit divitiasque tenet;
65 Nam fuscata sinit, de luce repleta reprendit;
Desinit ima pius nobiliora petens.
Illius acta tamen libet et modo dicere nomen.
Hoc deus ergo suus me iuvet atque meus.

Explicit prologus. Incipit liber.

Iam venerandus erat praesul, cui nomen Erasmus,
70 Comptus et hic meritis fuerat et moribus almis,
Ast operum bonitate micans vultuque venusto. — f. 36v
Hic generosus erat et nobilis Antiochenus.
Saepe libens mirum Christi monstrare triumphum
Certat et ad populos depromit regna polorum
75 Firmans exemplo, quod dixerat ore pudico.
Frendens interea regum superaverat ira;
Orbis erat totus ferme feritate repletus.

47 'magnis' i correctum superscripto o 55 'eterna' 61 'illi' mutatum in 'olli' 65 'rependit' superscr. r 69 'Herasmus' 72 'antiocenus' 73 'sepe' 77 'oris erant' inter r et i superscriptum b, n deletum

Iste ubi cognovit fecisse Diocletianum
Insidias tot Christicolis, tunc fugit ab urbe
80 Atque eremum petiit annis et septem ibi mansit.
Virtutes ibi nam multas fecisse probatur
Mulcendoque feris mentes constringere duris:
Immensi valide et fortes terrore leones
Illius proni pedibus se sternere malunt. f. 37r
85 Nuntius altithroni caelo descendit ab alto,
Cui fuit aetheria saepe solatia praebens;
Esca dei famulo luce non defuit ulla,
Sed volitans corvus pastum quoque contulit almum.
Saepius ille deo grates referebat ab antro.
90 Cumque deo placuit, servat qui, quodque creavit,
Tunc etiam vox missa suas pervenit ad aures
Praecepitque viro virtus divina verendo,
Ut celebraret iter propriamque rediret ad urbem.
Confestim surgens patriam gaudebat adire
95 Ac domino precibus se commendabat ubique.
Inde revertentis volitabat fama per orbem:
Accurrunt cum debilibus tunc undique turbae f. 37v
Et ducunt multos mira de peste peremptos
Vexatos necnon valde daemonibus arte
100 Hos certantque viro secum deferre benigno.
Ille manum imposuit multis cunctosque resolvit;
Nonnullos sacravit aquis baptismate lotos
Et docet hos verbo cunctos pie vivere Christo.
Venerat in propriam celeris hinc gressibus urbem
105 Praedicat et populis pandens tum verba salutis;
Fontibus in liquidis omnes vult esse sacratos.
Innumeri indurant multique resistere certant;
Maxima pars populi certe persistit inanis.

---

80 'heremum' 83 'inmensi' 84 'mallunt' 85 'alti throni' 86 'sepe' 'prebens' 87 'defluit' l leviter erasum 89 'sepius' 95 'praecibus' 96 'revertentes' e deletum et i superscriptum 99 'nec non' 'de demonibus' de dittographia ortum et ab ipso librario exstinctum 101 'inposuit' 105 'predicat'

Sed patiens praesul multos superabat amaros.
110 Comperit haec rex et statim hunc comprendere iussit f.
Atque suis duci in magnam conspectibus aulam
Et genus et nomen velletque quid esse requirit.
Hic etiam non solum anima sed corpore pulcher
Ast erat angelicus vultu aspectuque decorus:
115 Ceu radius solis, claros sic captat ocellos.
Pulchra loquela viri fit offensa sine quadam.
Intrepidus vero fatur regi furibundo:
'Sum legis factor Christi dominumque fatebor,
Qui plasmator adest caeli terraeque marisque,
120 Quidquid in orbe manet, fecit et cuncta creavit.
Hunc colere cupio, non muta metalla timesco,
Tu quorum formae similis vacuusque manebis.'
Rex iratus enim nimioque furore repletus f. 3
Iussit eum plumbis caedi magnisque flagellis.
125 Vir sanctus caelum dicens conspexit in altum:
'Christe, tibi, Iesu, magnas modo defero grates,
Quod tandem merui capere, ad quae saepe cupivi.
Nunc refove famulum, ut non me mors ima retentet.'
Alloquiturque virum Caesar blandendo beatum:
130 'O iuvenis pulcher, vitam non perde venustam.
Consentire meis propere ne desine iussis;
Consule namque tibi, ut possis iam vivere ⟨salvus⟩.
Numina nostra colas sacraque libamina ponas,
Ac tribuam tibi mox gazas vestesque nitentes,
135 Argentum, chryson rutile et gemmas quoque pulchras.
Tu semper nostra princeps consistis in aula, f. 3
Tu post me cunctis hic nobiliorque manebis.'
Hincque beatus homo respondens talia dixit:

---

120 'quicquid' 122 'forme' 123 'repletos' superscr. v 124 'cedi' 125 'celum' 127 'sepe' 129 'cesar' 131 '*consitire*' '*iussus*' 132 'cosule' 'ut possis iam vivere *possis*': alterum possis leviter erasum est; *salvus* vel *tutus* vel ad literarum ductus accommodatius *posthac* scribendum videtur 133 'colis sacrasque' a superscriptum, s deletum 135 'chrison'

'O lupe saeve, rapax animarum es nempe seductor.
140 Praemia non tua me superant Christi a famulatu;
Omne aurum argentumque tuum vestesque malignae:
Perpetuo tecum sint haec in perditione.
Loricam fidei teneo, spem namque capesso,
Quam poterit certe infernus corrumpere nunquam.
145 Tu vero cum patre tuo iam daemone constas
Et pariter mansurus eris quoque in ignibus altis
Aeternas luiturus et hinc sine tempore poenas.'
Perflatus valde rex impletusque veneno
Fustibus immensis hunc mactarique iubebat; f.
150 Namque novos fustes ternos mutavit in illo
Et tamen in dorso macula non adfuit ulla.
Turba etiam vulgi clamans tum cuncta profatur:
'Magnus enim valde dominus fit Christicolarum,
Qui tantam virtutis opem concedit in isto.'
155 'Erratis, populi', stulte rex impius infit,
'Iste maleficus ergo manens, quem vosque videtis,
Vos illusus erit magna cum daemonis arte.'
Dixit Erasmus enim tum mox conversus ad illum:
'Tu fueras a principio cum daemone vivens,
160 Par cui, quique hominem prima de sede repulsit,
Tu quoque draco, tortor, dirus suasorque malorum es.
Christus adest natus casto de virginis alvo, f.
Quem verbo genuit, caelo qui regnat in alto,
Venturum et vates dudum quem dicere certant,
165 Peccatum populis voluit qui tollere cunctis,
Qui illustrare cupit tenebras et tergere culpas,
Cui servire volo hinc saepe quoque tempora cuncta,
Cui tu de factis debes nam reddere pravis
Hoc rationis opus, quod hic commiseris ipse,
170 Cum clarus veniet cunctum discernere mundum.

---

140 'premia' 141 'omni' e superscr. '*malignas*' 144 'nūquam' 145 'demone' 147 'paenas' 148 '*implet usque*' 149 'inmensis' 151 'affuit' 157 'inlusus' 'demonis' 1[illegible] '*T uferas*' 'demone' 166 '*inlustra recupit*' 167 '[illegible]

Qui te percutiet, damnat vinctumque restringit.'
Rex erat ergo iterum magna de felle repletus
Praecepitque viri carnes ferro lacerari.
Ille tamen grates Christo referens quoque in alto
175 Illud Davidicum carmen reboabat ab ore: f. 40v
'Nam gentes, domine, advenient templum violare
Concertantque tuum propere percurrere regnum
Pomorum in morem Solymam servare volentes.
Servorum quoque corpora multa dedere tuorum
180 Innumeris carnes avibus lacerare peremptas
Sparseruntque cadavera morsibus ecce ferarum.'
His dictis rex iussit eum punire ministros
Et ceram sulphurque picemque oleumque, resinam
Perfundi pariter liquefacta in vertice sancti.
185 Inde dei famulo clarus mox angelus astans
Diripuit magnis illum quo tempore poenis.
Sanctus ait: 'Ubi suntque minae magnus furor atque?
Corporis ecce mei teneo magnam levitatem.' f. 41r
Plebs ergo haec cernens alta sic voce profatur:
190 'O rex, linque hominem iustum sanctumque remitte;
Adsit namque deus illi modo Christicolarum,
Qui fortis vero valde est, operatur in illo.
Idcirco poteris nunquam sibi demere vitam.'
Haec tunc interea cunctis volentibus illis
195 Ecce tremor subito magnus quoque factus ab imo
Prosilit et tellus passim concussa dehiscens;
Tantus enim timor ille fuit, quod pars moreretur
Tertia per populum ferme. Tum rexque tremiscens
Fugerat hincque domum repetit atque angelus infit:
200 'Incipite in dominum cuncti vos credere Christum,
Aeternam ut iam possitis hinc prendere vitam.' f. 41v
Indurans iterum iussit rex tollere iustum
Atque catenatum ferrique in pondere pressum

---

173 'precepitque' 175 'reoabat' b superscr. 178 'solimam' 185 'asstans' 193 'numquam' 202 'iustum tollere' numerorum 1 et 2 notis superimpositis

Sic Christi famulum torquetur carcere trusum
205 Praecepitque suis. Dantur cui nulla alimenta
Militibusque suis iussit servare libenter.
Interea praesul dominum sic invocat almum:
'O pater omnipotens, verbo qui cuncta creasti,
Unicus atque tuus casta de virgine natus
210 Cum flatu sancto pariterque mei miserere,
Qui cunctorum es spes solus necnonque redemptor.
Diripe, sancte, tuum diro hoc de pondere servum.'
Angelus altithroni veniens haec vincula solvit
Atque tenebrosam illustrat mox lumine noctem. f.
215 Carcer erat totus clara de luce repletus;
Sunt visae quoque sex bis in antro ardere lucernae.
Pondera tunc ferri cecidere gravesque catenae
Ardent continuo inque leves rediere favillas.
Vir sanctus cantat tunc asma trium puerorum
220 Hymniculis dictis psalmi cum laudibus almis.
Nexibus ergo carens media iam nocte peracta
Hac iterum sospes saeva discessit ab urbe
Italiam et propere angelico duce tutus adibat.
Antrum nempe tamen stat clusula firma retentans;
225 Istius ignara at custodia cuncta fiebat.
Impatiens igitur fit more Diocletianus
Venturumque diem vix exspectabat inanis. f.
Cum primum incepit lucescere forte, paratus
Aggreditur statim rex impius atque tyrannus
230 Praecepitque virum duci de carcere vinctum.
Cumque avidi ingrederent famuli, nil repperierunt
Ni tantum cineris par combustasque catenas.

---

204 'torquetur' per compendium scriptum: an '*torquet in*' vel '*torquere in*'? 205 'precepitque' pro 'dantur' '*dentur*' vel '*dent ut*' scribendum videtur 211 'nec nonque' 213 'alti troni' 214 'inlustrat' 216 'ardore' o in e correctum 217 'pondere' e in a mutatum 220 'ymniculis' '*spalmi*' 223 'tuos' in 'tutus' emendatum 226 'inpatiens' 'dioclicianus' 227 'expectabat' 228 'incoepit' 'paratus' litterae ar minus clarae 231 '*ingredererent*'

Tum mox carcer erat totus clamore repletus
Seque simul hominem non invenisse fatentur.
235 Audit et hoc Caesar: valde est perterritus ergo;
Semet at in frontem pugno percussit et infit:
'Heu nostrum delusum est, quod regnum fuit almum.'
Haec volvente illo aggreditur tunc undique vulgus
Inquiritque dei famulum, vel quid sibi factum
240 Esset, et hunc multi nimium flevere benigni; f. 4
Illius urbis erat cuncta nam turbida plebes.
Christicolae viduae, miseri quoque pauper et omnis
Appropiant cupiuntque virum conquirere sanctum
Clamantes, ubi sit magnum solamen eorum.
245 Haec plebes; rex insuper haec subito fuit addans:
'Hunc hominem dominus caelum transvexit in altum,
Praemia magna dedit de nobis atque redemit.'
Haecque timens dixit populum et mentitur avarus.
Praedicat interea praesul civitate Lucrido
250 Ad Christique fidem multos pertraxit in illa;
Nonnullos baptizat enim infirmosque recurat;
Nam caecos precibus cum debilibusque resolvit
Virtutes faciens multas sub nomine Christi. f. 4
Hic et Anastasius fuerat primarius urbis,
255 Cui morbus rapuit natum mortique repressit.
Dum cuius corpus portant iam condere terrae,
Praecepit dominus sancto, ut properaret ad illum.
Accelere accurrit cupiens comprendere funus,
Fatur: 'Anastasie, si Christum credere malis,
260 Accipies statim natum de morte redemptum.'
'Si poteris,' dixit, 'vivum mihi reddere natum,

---

233 'repetus' l superscr. 236 'pugo' n superscr. 240 'huc' n superscr. 242 'Christicole' 245 '*addant*' 246 'huc' n superscr. 'trans exit' v superscr. 249 'predicat' 251 'non ullos' n superscr. 'battizat' 252 'cecos' 'praecibus' 'daebilibusque' utrumque per compendium scriptum 254 'anas sius' litterae ta superscr. 257 'precepit' 258 '*ac celere*' disiungendum videtur 259 'mallis' 261 'mhi' i superscr.

Credere non dubito necnon mea tota domusque.'
'Non ego,' sanctus ait, 'possum Christi sine iussu,
Perficere dominum facio sed, quodque rogabo.'
65 Praecipit ergo dei famulus deponere corpus
Et solum patrem cum matre ibi stare iubebat. f. 44r
Conflexis genibus temptat tum tangere funus;
Iam membris tactis dixit Christoque precato:
'Surge, puer, atque incipe tu iam vivere sanus.'
70 Hoc surgens dicto magna cum voce locutus:
'O pater, o genetrix, populi o vos, credite cuncti;
Maximus ergo deus sanctorum est Christicolarum.
Nostros nempe deos conspexi in Tartara mersos
Immensis tormenta pati cum daemone poenis.
75 Tortores requiem non dant his nocte dieque;
Namque deus sancti vivens est semper Erasmi.
Vos magnum, vos, vos, errorem linquite vestrum.'
Credit Anastasius, mox tota domus populusque.
Hos signat praesul sancto cum nomine trino f. 44v
80 Atque quater dena quo tempore milia vulgi
Imposito crucis signo baptismate lavit
Ac domino grates reddit, qui regnat in alto,
Quod voluit populis monstrare viam bonitatis,
Tuncque preces dominum dicens fundebat ad almum:
85 'O domine, dignare tuam benedicere plebem,
Quam propriam sanctamque tibi iam iam faciebas.'
Exin vox Christi coepit descendere summi
Adfaturque virum dominus blandendo beatum:
'Serve bone, in terris pro me certare laboras;
90 Idcirco, quodcunque petis, statim retinebis.'

---

262 'nec non' 265 'precipit' 268 '*ā*' littera I excidit 'menbris' 270 transpositio 'hoc dicto surgens' notis quibusdam indicata videtur 271 'genitrix' 272 '*aximus*' littera M excidit 273 '*r̄os*' littera N excidit 'tarthara' 274 'inmensis' 'demone penis' 275 '*Tor*[ro' syllaba ro a secunda manu 276 '*amque*' littera N excidit 279 'tota mus' do superscr. 281 'inposito' 284 'praeces' 288 'Affaturque' 290 'iccirco quodcumque'

His dictis sequitur coetum benedictio Christi;
Olli nempe deos tunc destruxere malignos f. 45r
Credentesque hinc se Christum celebrare parabant.
Septem quippe dies docet almus Erasmus in urbe;
295 Exhortans populum Christi confortat et infit:
'Vos omnes servate dei mandata benigni,
Facti signorum memores estote suorum,
Estote fortes firmamque fidem retinete.'
Maximiani haec facta suas referuntur ad aures
300 Sacrilego vulgante homine, est qui nomine Probus.
'Rex clemens, audi,' fatur, 'quae sunt operata
Nuper in urbe tua, ignoto non nosco homine a quo.
Ut reor, ille magus suasorque est Antiochenus;
Namque deos vertens nostros iussit celebrare
305 Iudaica Christum ligno de gente revinctum. f. 45v
Novimus hunc cuncti Iudam quoque tradere morti.
Praedicat hic de morte iterum viviscere divum
Confirmatque dehinc summum conscendere caelum.'
His rex auditis iussit famulum retineri
310 Mox Christi atque suis conspectibus ante tribunal
Deduci inquiritque, deum quem credere vellet,
Ast ipsum sese vel quid facere voluisset.
Sanctus homo ad caelos propere correxit ocellos
Statque tacens, verbis nil respondebat amaris.
315 Caesar ait: 'Tu de causis nil dixeris istis?'
In maxillas contundi hunc statimque iubebat.
'O rex,' sanctus ait, 'lupe plenus avaritiaque,
Cur servum domini Iesu modo persequeris me?' f. 46r
Regi quaerenti, quem credat, et iste profatur:
320 'Christus namque deus, natus patris omnipotentis,
Qui regnat quippe in caelo cum numine celso,

---

291 'cetum' 294 'erasmus' 295 'exortans' 297 'soorum' u superscr. 300 'sa rilego' c superscr. 'probus' 303 'antiocenus' 307 'predicat' 308 'celum' 309 'retineti' t in r emendatum 311 'deum' supra lineam scriptum 315 'Cesar' 316 'hu.vnc' inter u et v littera erasa est 319 'querenti'

Iste est ergo deus solamina cuncta mihique.'
Caesar ait: 'Est hic, quem crux maledicta tenebat
Et plebes perimens leto Iudaea retrudit?'
325 Sanctus ait: 'Huius nam servus ero famulando
Istius atque fidem teneo hunc solumque pavesco.'
'Talis,' ait rex, 'tu sis sic necnon moriaris.'
Laetus episcopus ergo fuit tum talia dicens:
'Optime dixisti mihi, rex; sic perficiatur,
330 Illius ut merear vestigia carpere celsa,
Sanguine nempe suo nos qui illustrare volebat. f. 46v
Salvus enim fieres, hunc si cognoscere velles.'
Tunc rex: 'Cum genere et patria vos credite talem
Atque suam vos, vos omnes formam retinete.'
335 Haec maledicta ferens ergo iste libenter et infit:
'Rex, benedixisti nobis, quia sic faciemus
Et ferimus saepe laudis cui munera cuncti,
Qui quoque salvavit proprio cum sanguine mundum.'
'Quid iuvat his verbis,' dixit rex, 'esse locutos?'
340 Consiliis tu cede meis, ut non moriaris,
Ac tibi consule nunc venerando deos celebrandos.'
Hic etiam 'Faciam,' dixit, 'si forte videbo.'
Rex ergo gaudens magna cum plebe parabat
Multimodis musis mox ad Iovis ire profanum; f. 47r
345 Adduci sanctum praesentarique iubebat.
Haecque videns praesul corde ingemit inde dolore;
Sed tamen hinc oculis caelum suspexit ad altum:
'Praesens esto, deus, ista nunc,' dixit, 'in hora
Angelus atque tuus veniat hoc tempore sanctus,
350 Liberet hac magna qui me de daemonis ira
Atque gravi pugna propere auxilietur in ista.'
Tum coepit templum adveniens intrare paratum,
Inquirit, numen se quod vellet venerari.

---

323 'quē rux' cu superscriptum est, sed u deletum videtur 324 'iudea' 331 'inlustrare' 332 '*fiereres*' 335 'hec' 337 'sepe' 339 'locutis' i in o correctum 343 'plepe' 348 '*dixi*' 349 '*tuis*' 353 'qđ' per duplex compendium et vocis quod et quid scriptum 'nerari' ue superscr.

Rex dextram tenuit secum et mox pergere iussit
355 Et Iovis hic statuam monstrat numenque deumque.
Illa fuit certe cubitorum sex bis in alto,
Cumque dei famulum daemon conspexit in istum,
Qua latuit statua, subito tunc fugit ab illa
Et cecidit statim inque leves est versa favillas;
360 Magnus quippe draco statuae perrexit ab antro,
Prostravit magnam leto partem populorum.
Haec cernens Caesar propere percurrit ad aulam
Atque tremens hac confususque revertit ab urbe.
Percutiens etiam pugno tunc pectora dicit:
365 'Heu, heu, delusum est regnum divaque potestas:
Numina de magica succumbunt arte revicta.'
Magna quidem populi pars sanctum clamat ad istum:
'Christum, sancte, precare deum, modo ne moriamur
Diripiat nos hocque dracone, ut non pereamus.'
370 Exhortans populum tunc sanctus episcopus infit:
'Credite Christum, ut possitis resipiscere sani.'
Et benedixit eis inimicum atque inde fugavit
Ac praecepit, ut hinc quemquam non contaminaret.
Fecerat ergo draco, ut sanctus praeceperat illi.
375 Haec certe populi cernentes Christicolarum
Mirantes cuncti sunt in virtutibus almi
Collaudantque deum, tribuit qui talia servo.
Coeperunt domino multi iam credere Christo
Et multa quoque milia tunc baptisma sequuntur.
380 Agminis angelici in caelo par cernitur ergo
Daemonis exspectans partem pugnae perituram.
Mox urbem praesul totam clamore replebat;
'Gloria namque deo in celsis,' reboatur ab illo,

---

354 'tunuit' prius u deletum et e superscriptum 359 '*statimque inque*' 360 'qippe draco' r ex a emendatum 'statue' 361 'loeto' 362 'cesar' 'ulam' a superscr. 364 'percuciens' 374 'ut sanctus ut' secundum ut deletum 'preceperat' 375 'hec' 377 'Conlaudantque' 378 'ceperunt' 379 'secuntur' 380 'agminis' g ex r emendatum 'angelicis' s exstinctum 'celo' 381 'demonis expectans' 'pugne' 383 pro '*in celsis*' codex exhibet '*ipsistis*'

'In terris pariter bene pax viventibus alma.'
385 Inde et 'Amen' resonat vox credentum populorum.
Rex quoque de signis valde est perterritus istis,
Sed tamen armatos iussit tum pergere multos,
Ut gladio perimant cunctos, qui credere vellent
Per famulum Christi in dominum et baptisma rogarent.
390 Carnifices populos iugulant tunc martyrizandos;
Adducunt ter dena ter et centena virorum,
Qui cupiunt magno se commendare magistro.
Hos hortatur enim sanctus solamina praebens:
'Vos cuncti feliciter ite in nomine Christi
395 Ad requiem, dominus quam vobis iamque paravit.
Ast ego post modicum tempus veniam propere ad vos.' f. 49
Currentes etiam angelicae per nubila turmae
Adfuerant animas promptae comprendere sanctas
Psallensque in caelo magna vox personat addans:
400 'Recta via est certe sanctorum in saecula parta:
Reddit iter dominus iustis in regna polorum.'
Quam animum causis praesul gaudebat in istis,
Multiplicesque deo grates quam reddidit almo!
Quando gregem ut pastor gaudet perducere sanum
405 Atque in ovile suum cludi a pastu satiatum,
Sic gaudet sanctus plebem modo tradere Christo.
Inde iterum Caesar iussit comprendere iustum
Militibusque suis varie tormenta parare.
Inter quae fuerat tunica tunc aerea quippe; f. 49'
410 Illius staturae appar fuit haec operata.
Qua fervente etiam iussit vestirier illum
Et dixit: 'Video nunc, si deus eripit illum.'
Tunc quoque perspiciens haec sanctus episcopus infit:
'O rex punitor tortor saevissimus atque;
415 Nam genitus maledictus esto de daemonis alvo.

---

384 'iuuentibus alla' alterum l deletum et m superscriptum 385 '*reso*' 388 'cuctos' n superscr. 393 'ortatur' 398 'promte' 400 'secula' 405 'saciatum' 407 'cesar' 409 'que' 'erea' 410 'stature adpar' 414 'seuissimus' 415 demonis'

Diras non metuo poenas nil teque pavesco
Erga minasque tuas modo ludificare valebo.'
Se cruce persignans tunicam vestivit amaram
Davidis reboans carmen cum voce prophetae:
420 'Per laticem, domine, et saepe transivimus ignem;
Haec per duxisti nos atque refrigerium das.
In te credentes, Christe, in fornace repurgas, f. 50r
Ut purgare solent ignes aurum atque argentum.'
Tunc ignita quidem tunica fit frigida ceu nix;
425 Illiusque cutis nam tota inlaesa manebat.
Sanctus ait: 'Confusus eris tu, rex furibunde;
Ignis Tartareus saevum te captat in aevum
Et poenas patiere tua cum veste perennas.
Christus adest mihi virtutem tribuens resipisci;
430 Quapropter non te timeo nunquamque tremisco.'
Tunc plebs credentum clamabat Christicolarum
Valde magnumque deum sancti dicunt fore Erasmi.
Ad populum Caesar depromit talia dicens:
'Facta quidem sunt haec magna arte maleficiorum,
435 Ignibus et poenis quis hic magus imperat istis.' f. 50v
Vir sanctus contra haec regi respondit et inquit:
'Filius ergo dei facit haec, quae signa videtis.
Hic superat deos magna virtute malignos,
Qui lapides, ligna, aera fiunt et surda metalla;
440 Nam dominus noster Christus fit vivus in aevum
Virtutesque suae cuncta superare valebunt.'
Maximianus enim inflatus tumidusque profatur:
'Ultra tuos sermones non portare valebo.'
'Ast ego,' sanctus ait, 'miror, quod non erubescis
445 Ipsiusmet de causis te fallere multis.'

---

416 'penas' 420 'sepe' 421 '*hec perduxisti*' an 'hac' scribendum videtur? 425 'inlesa' 426 'erit' t superscripto s emendatum 427 'seuum' 'evvum' 428 'penas patiare' a in e correctum 430 'numquamque' 433 'cesar' 434 'hec' 435 'penis' 436 'hec' 437 'hec que' 439 'era' 440 'vuvs' i superscr. 'euum' 441 'sue' 442 '*timidusque*'

Rex iratus enim arcessitis atque ministris
Praecipit urnarum lustra et quadrina parare
Cum plumbo, cera atque oleo ferventia facta f. 51
Inde et in illa dei famulum mox praecipitari.
450 Insiluit Christi ferventes martyr in ollas
Atque crucis signo summi cum nomine facto
Incolumis praesul quippe illaesusque manebat.
Moxque dei resonans vox undam effudit ab olla
Illius et poenis Caesar punitur amaris
455 Conclamans sancto seseque ardere fatetur
Atque petit sacris precibus sese auxiliari.
'Ignem,' sanctus ait, 'proprium poenasque teneto,
Praemia tolle tua de daemone iam tibi parta.
Nosco etiam, falsis quia viscera dura tenebis:
460 Sed propter populum hic stantem modo solveris inde.'
His dictis statim regis cessaverat ardor f. 51
Et multi e populo coeperunt credere Christo.
Rex quoque cum sensit, lenius quod habebat ab igne,
Induratus erat iustumque reprendere iussit,
465 Militibusque suis stipatus ut esset in arto,
Atque sequente die voluit hunc martyrizari.
Tuncque catenatum poenis constringit acerbis,
Quae posset tormenta dare secumque revolvit.
Interea domini famulo quippe enituit par
470 Altithroni subito clamans ipsum atque vocavit:
'Servule, surge, bonus fueras qui semper, Erasme.
En ego iam veni caelo tibi missus ab alto,
Ut modo te ducam hinc in Campaniam regionem.
Hic domino populum poteris conquirere magnum f. 52
475 Atque animas Christo multas adhibere docendo.'
Haec dicens comprendit eum moxque inde revexit.

---

447 'precipit' 452 'incolomes' 'inlesusque' 454 'cesar' 456 'praecibus' 457 'penasque' 458 'premia' 'demone' 462 'popolo' o in u correctum 464 'rep̄ndere' 467 '*aceruis*' 470 '*altitronis nato*' 472 'mussus' prius u deletum et superscriptum 'ablto' a superscr.

Rex turbatus erat quoque, quando dies veniebat,
Illic quod domini famulum non repperiebat,
Atque timens dixit sanctum super astra levatum
480 Et dolet illusa, quaecunque paraverat olli,
Tot vicibus tormenta unquam nec laedere posse.
Formiana Christi famulus requievit in urbe
De iussu angelico spatia septena dierum.
Post hos nempe dies voluit transmittere missum
485 Christus, ut hunc lassum tandem revocaret ad illum.
Qui resonans fatur: 'Propera, dilecte famelle,
Ad requiem domino mundi de fine paratam f. 52v
Angelicisque choris et virginibus redimitam,
Martyribus sanctis, patriarchis atque prophetis.
490 Praemia cum sociis pariter iam percipe iustis;
Per te namque deus terris est magnificatus:
Propterea in caelis sedem captare valebis.'
Hac voce audita sursum suspendit ocellos
Angelicosque choros conspexit in aere laetos
495 Psallentesque sibi immensam ostentare coronam
Floribus ornatam vernantibus atque rubentem.
Tum pronus terrae dominumque precatur ab ore:
'O domine, dignare meum sustollere flatum.
Ast animam proprii subito nunc sume famelli.'
500 His dictis precibus necnon aliis reboatis f. 53r
Solvitur hac vita et flatum permisit ad astra.
Indę anima illius visa est ascendere sursum,
Qualiter et domini pergunt hanc ferre ministri,
Cuncta etiam turba hoc se conspexisse fatetur.
505 Atque ibi qui fuerant, domino laudes referebant
Dulcisone et cantant psalmi modulantibus hymnis,
Innumeras quod post poenas cum pace reliquit
Terrenam et tenet aeternam per saecula vitam,

---

480 'inlusa quaecumque' 481 'umquam c' ne superscr. 'ledere' 483 'spacia' 495 'inmensam' 497 'terre' 502 'animam' alterum m deletum 506 'ymnis' 507 'reliquid' ultima syllaba per compendium scripta

Possidet in caelo requiem sine fine beatam,
510 Praemia per Christum meruit captare laborum,
Qui cum patre suo regnat flatuque perenni.
Hic quamvis trinus, trini fit numinis unus,
Gloria cum sanctis cui sit sine tempore cunctis.

Explicit libellus de vita et passione sancti Erasmi episcopi.

'Herasmi'.

IV.

VITA S. AGNETIS.

Incipit propositio sequentis opusculi. f.

Iam vulgata licet maneant exempla salutis,
Frugiferis exserta stilis iam prata nitescant
Virtutumque sequax mores rimetur et actus
Sanctorumque suos tandem scrutetur in ipsis,
5 ⟨Extollat, ornet,⟩ recolat, veneretur, honoret:
Non tamen ⟨inveniat⟩ metro pluraliter actum
Virginitatis ⟨opus⟩ castos nec virginis actus.
Unde iuvat ⟨partes⟩ animum temptare relictas,
Antiquum ⟨videar⟩ quamvis sprevisse relatum:
10 'In mare quid pisces, quid aquas in flumina mittas'?
Exsequar aggrediens hinc iam promissa Camenis
Posse secus nostrum, dederit si posse redemptor,
Cuius inest et velle bonum, complere vel ipsum.

Invocatio.

Nunc age, rumpe moras, calamis aufer, ⟨rogo, habenas⟩,
15 Spiritus alme, precor, vitam carpendo beatae.
Est Agnae meritos animus ⟨cantare⟩ triumphos.
Ambitus hic quantus fieret, si thema pudoris

---

2 'exerta' versus 5—9 membranae fissura mutili sunt 5 '*Exc — at — rmet*' c non constat [an *Excutiat*, *formet?*] 6 '*tamen — lat*' l parum liquet [an *refellat* vel *reiciat?*] 7 '*Virginita — iastos*' de ultima littera i ambigitur 8 '*iuvat — s*' 9 '*vic — quamvis*' 11 'Exequar adgrediens' 14 '*aufe — ras*' 16 '*animus — e*'

Posset arando sequi calamus, si magna pusillis
Includenda forent! Sed iam narranda sequamur:
20 Quod non posse vetat, refugit ⟨ad⟩ posse tenellum.

Enarratio.

Tertia post decimam fieret cum virginis aestas
Incessusque frequens fieret ⟨constantibus horis⟩
Ad scholam carpente viam ac redeunte puella,
Carpitur occulto praefecti natus ab ⟨igni.⟩
25 Cogitur ad thalamum cuius tum virgo per artem; f.
Praedia spondentur, census taxantur et aedes,
Sexus uterque simul, vestis peregrina venustas,
Sacra fames auri, nummorum pondus iniquum,
Gemmea congeries, demum quod habendo tenetur.
30 Stercora ceu reprobat virgo mercata pudorem:
Post oblata simul rerum, post vota ⟨parentum⟩
Mens immota manet, species pelluntur ⟨inanes⟩
Ac velut alta silex ventis hinc inde ⟨resistens⟩
Fixa tenebatur, constans virtute manebat
35 Natalesque suos stadio defixa ferebat.
Fuderat horrendum iuveni post virgo responsum:
'Hinc, sceleris, discede, fomes, hinc, pabula mortis;
Sum praeventa viro nam, furcifer, ante priore,
Obtinet his ⟨meliora⟩ satis qui dona subarrans
40 Me sibi ⟨per lorum⟩ fidei iungendo puellam
Iamque mihi cinxit collum decoravit et aures
De primis lapidum ⟨gemmis⟩ vernantibus atque
Margarita auri dedit impretianda talentis.
Ipse mihi signum posuit facie tenus idem,

---

20 '*refug — d*' 22 '*cons s s noris*' alterum n dubium est [fortasse *contantis amoris*] 23 'scolam' 'puella' prima syllaba paene evanuit 24 post '*ab*' vocabulum excidit 30 '*pudor*' extremae litterae evanuerunt 31 post '*vota*' vocabulum excidit 32 '*pellunt — es*' 33 '*res*' nihil amplius exstat 39 '*Obti . . t his m — satis*' extrema littera tertii vocabuli a esse videtur 40 '*sibi p l n fidei*' p vix oculis cernitur 42 '*lapidum — nis*' 43 '*in praecianda*' 44 '*Ip — mih*'

45 Admittam ne forte virum iam praetereundum;
Induit aurato cyclada subtemine textam;
Irreputanda sui monstrans donaria pacti
Se mihi promisit, servem si iura, daturum.
His alium ⟨detenta⟩ virum redamare nequibo.
50 Organa ⟨dulce mihi⟩ longum resonantia clangunt
Virgineumque melos, cuius hinc inde resultat
Clangor et arrectam sonitus demulcet amantem.
Mellis ab ore mihi nectar iam fluxit et unda
Eius et albicolor membris iam iungor eidem,
55 Compta genas etiam cuius de sanguine verno,
Virgo manet cuius genetrix, cuius pater expers
Coniugis exsistit, iugiter cui nocte dieque
Spiritus angelicus servit cum plebe salutis —
Delapso decimo servit novenarius ordo —,
60 Cuius enorme decus quorsum mirantur et usquam,
Luna simul cum sole, caput qui condit in undas,
Fertque refert sursum, roseus dum surgit in orbem,
Cuius opes nunquam vestes nec fine peribunt.
Huic soli conservo fidem, committo pudorem,
65 Quo castor culto, tacto quo mundor ab ipso.'
Talibus orabat dictis sic virgo perita,
Rhetoris in morem haustos referebat amores
Inversumque suos ructabat adorsa rotatus;
Vox animum sequitur siccis nec faucibus haesit
70 Interrupta fluunt vocis nec verba relatus.
His animum fractus iuvenis tabescit in horas
Sternitur atque toro, plumis fulcitur et ostro,
Aestuat, aegrotat, suspiria longa frequentat.
Incautus desaevit amor tenuantur et artus,
75 Corporis insedit teneris quia flamma medullis.
Paeonicis tandem medicis quaesita patescit

---

46 '*cycla — subtemine*' 47 '*In reputanda*' 48 '*promis — servem*' 49 '*de . . ta*' 50 '*de — nhi*' 56 'genitrix' 57 'existit' 63 'numquam' 67 'Rethoris' 72 'thoro' 74 'deseuit' 75 'medulis' 76 'Poeonicis'

Aegra lues, anhela febris, succensa libido, f. 2v
Usta sitis, diffusus amor, prorupta vorago.
Symphronii ventum fuerat sic morbus ad aures;
80 Fama vomens audita patris pervenit ad aures.
Cogitur ire pater, rursus temptare pudorem;
Haec eadem repetens, fuerant quae sponsa, vovebat.
His adversa refert Agnes iam docta responsum:
'Fas et iura vetant foedus violare iugalis,
85 Res indigna fiat sponso ne forte priori.'
Fascibus inflatus genitor tunc fortiter instat,
Unde requisitum iactet se virgo iugalem.
Indicat infestus fidei Pharisaeus adesse
Christicolam Christumque suum iactare iugalem.
90 Laetitia mox dicta capit repletus inani;
Inde suis astare iubet conspectibus illam.
Fit strepitus currente manu, properatur ad ipsam;
Adductum fuerat. Primum temptatur amicis
Alloquiis, post illa minis terretur ab ortis.
95 Stat lapis illa velut nusquam deflexa molaris
Arbor et innumeros longum fundata per annos
Massa velut rigidi necnon intunsa metalli:
Nec blandus demulcet eam, nec sermo severus
Arcet ab incepto. Quam, dum constare parentes
100 Cerneret illius dictis, adfatur inermus,
Et quia vim deferre vetat prosapia fortis,
Nobilitatis erant siquidem satione suborti,
Culpa fit alma fides, nomen de nomine Christi. f. 3r
Fluxerat illa dies dictis consumpta vicissim.
105 Altera cum fieret, Phoebus dum funderet ortus
Lampade terrigenas necdum torrente caloris,
Symphronius iam membra parat, certamen aditur.
Invincenda minis rursus temptanda remissis
Sistitur ante ducem precibus tum virgo pudica.
110 Tunc iterum atque iterum repetens devota monebat:

79 'Simfronii' 88 'phariseus' 91 'adstare' 100 '[illegible]
105 'phebus' 107 'Simfronius'

Instar virgo prius constans in agone manebat.
Illa manet, collata fluunt, ut ventus inanis;
Hinc via differtur thalamis et nota voluptas.
Deficeret casso patris dum sermo labore,
115 Rursus adesse sibi mandat sistique futuram.
Assisti ut iussit, stantem sic fatur ad ipsam:
'Vana superstitio fuerit ni dempta profani
Abfuerintque tibi, iussis parere nequibis.
Unde placet si forte tibi servare pudorem,
120 Ad Vestam properando deam te convenit ire
Insistensque litas illi cultusque rependas,
Dum ruit in Thetidem Phoebus, dum currit in orbem.'
Dixerat; inde refert contra sic virgo fidelis:
'Iam Christi, praefecte, tuam si propter amorem
125 Contempsi subolem sensus habitudine fretam
Sensibus excultum patior nec quinque tueri,
Qua nunc fronte queam mutis servire metallis,
Aut simulacra colam quanam ratione profana,
Quinque carent orbata simul quae sensibus ipsis?'
130 Virus ut infundat praeses, mulcendo respondit:
'Consultum tenerae cupio praebere iuventae,
Infra, virgo, tuos sensus quod cernitur annos.
Hactenus indulsi patiens indigna ferenti
Ac blasphema diis; iam nunc depone rigorem,
135 Offendas ne forte deos motusque deorum.'
Non ignara loqui, mores experta pudoris
Praesidis aggressus Agnes sic orsa retundit:
'Dux, ita haud teneram spernas cernendo iuventam —
Propitium me velle putes te adhabere ferocem —
140 Non annis meritum fidei, sed sensibus haeret
Longaevosque magis mentes quam corporis artus
Approbat omnipotens. Motus saevire tuorum

112 'conlata' 116 '*Adsistit*' fortasse *Ac sisti* vel *Astitit*
118 'Abfuerantque' a in i emendatum 119 '*fortibi*' 121 '*lites*'
122 'phebus' 124 '*perfecte*' 130 'preses' 131 'prebere'
137 'Presidis adgressus' 141 'Longeuosque'

Iam permitte deum, sibimet iam sacra rependi
Seque coli iubeant tandem caput atque reflecti.
145 Sed quod ad hoc video vanis te tendere verbis:
Perfice, quod suadere nequis, quod constat agendum.'
Praeses ad haec praedictus ait temnenda secutus:
'Elige secernens unum tibi, virgo, duorum:
Aut Vestam de more deam venerare pudicis
150 Cum reliquis, aut moecha velut stupranda traheris.'
Tunc augusta refert Agnes, virtutis adeptrix:
'Si nosses, indigne, meum, praefecte, tonantem,
Ista forent non ore tuo deprompta loquendo.
Unde tuas contemno minas, virtutis enorme
155 Quod domini cognosco mei iam corde secura.
Credo quidem nec vana fides, quod salver ab omni f. 4[1]
Impolluta, feram, stupro, nec liba metallis.
Corporis angelico tutor custode; tonantis
Unica, haud unquam, suboles, quam nosse probaris,
160 Murus et arma mihi, praesens defensor ubique,
Pervigil est, nunquam, custos, qui dormit in aevum.
Fabre fiunt, quos, aere dii, veneratus adoras,
Gressibus, aut lapidum sectis, quibus ima plateae,
Pervia quo fiant melius, sternuntur, euntis.
165 Non lapidum species deitas aut aeris inanes
Inhabitat, celsis, latebras, sed regnat in astris.
Ut simulacra diis fiunt conflata per ignem,
Cultores sic ignis edax torrebit eorum
Teque simul nulla fidei ratione potitum,
170 A fanis ni dempta fiat cultura profanis.'
Praesidis ista fremens incanduit ira; theatro
Mox exuta trahi vestes, ah! virgo iubetur,
Sed crines effusa magis vestita videtur.

Apostrophus.

Dux inceste, nimis miserum quem poena sequatur,
175 Quid, rogo, deliquit nullis obnoxa querelis?

---

147 'predictus' 'tempnenda' 150 'mecha' 154 'contempno' 159 'umquam' 161 'numquam' 172 '*a*'

Invasitne domos praedans ut hostis alumnos
Aut tua nocturnis fregit tabularia furtis?
Fare, quid horrendum retegas muliebre pudendum.
Reddo tibi, cum mute neges, responsa petenti:
180 Noluit illa pati — miserum! — quod stupra furentis.

Apostrophus.

Oro, pudor, maneas cordis nec ab arce recedas.
Non eris infectus, fuerit nisi foeda secutus
Consensus, quem culpa creat. Frontosa peribunt
Ludicra, quam, citius, fidei pernicia stabunt. —
185 Investis, iam veste carens, sulcanda pudendis
Prostibulo trahitur; miserum progressa lupanar
Ingreditur, totum domini sed nuntius illud
Anticipans nimio citius splendore replevit,
Quo saeptam domini sponsam contingere nulli
190 Intrantum tunc posse datur spectare nec usquam.
Caelitus infusum cupide spectare volentum
Obtundendo iubar visus hebetabat in usquam;
Instar namque sua solis virtute nitentis
Hoc splendore novo radiabat in ora lupanar.
195 Cumque preces domino fundens iacuisset in ipso,
Sternitur ante suos vestis perfusa respectus,
Qua proprios, candore, stola circumdedit artus
Exsultansque deo grates pro munere dixit.
Corporis illa capax tantum — mirabile dictu! —
200 Exstitit ac mansit teneris aptissima membris.
O rerum factoris opes, quibus indiga vestis
Indumenta capit nullos experta labores!

Allusio.

Non tulit agnellam solum non vestis egere,
Induit angelicos illam sed pastor amictus.
205 Exterius non, Agna, tuos mireris amictus,

176 '*Inuasit ne*' 183 '*frontos aperibt*' virgula superposita
189 'septam' 198 'Exultansque' 200 'Extitit'

Quae geris interius regum dominantis asylum.
Magna licet videas rerum spectacula, cernas:
Exterius collata manent ad tempus honori,
Interius praelata micant, quae, dona pudori,
10 Decretum non ire queunt nec fine peribunt. f. 5r
Haec cum scortisequis cernuntur, at illa pudicis.
Fit domus interea votis obnoxa lupanar,
Intrasset penitus lustrum quicunque volentum,
Lumen adoraret cernens lucique rediret,
15 Quam foret ingressus, cedens iam mundior ipse.
Alternando vices fierent dum talia rerum,
Praesidis aggreditur suboles effrena theatrum,
Quae caput exstiterat sceleris, quae causa malorum,
Ac secum nocturna vocans ad bella sodales:
20 'Insulta,' repetit, 'domino, scortator, amicae.'
Sed prius ingressos, urit quos atra libido,
Imbelles ad stupra facit lux alma redire;
Lux inventa fugat, quos traxit in antra cupido.
Quos exire foras iuvenis dum vidit inanes,
25 Arguit enerves reputans mollesque misellos,
Et velut arma capit hostis, dum fertur in hostem,
Sic praeceps rumpendo moras tunc fertur in antrum,
Oratum quo virgo iacet. Secedere nolens
Luminis irrumpit medium, quo saepta iacebat;
30 Sed datur ante mori, fiat quam tactus amoris.
Nec terit intus agens morulas, dum, mortis adeptor,
Inter agi et suspecta foris iam foeda putaret
Complicitas iuvenum, miserae notissimus illi
Congaudere putans copulae successit in antrum
35 Inveniensque necis iuvenem iam sorte subactum
Per magnum direxit iter sic vocis inane:
'Romani, vincendo pii, succurrite tandem; f. 5v
Nam dedit ista neci meretrix in fascibus alti

---

208 'conlata' 211 '*scortis equis*' 212 'obnixa' i in o correctum 213 'quicumque' 217 'adgreditur' 218 'extiterat' 229 'inrumpit' 'septa' 231 '*teret*' 238 '*N*' sequentes duae litterae erasae

Praefecti subolem.' Plebis concursus ad antrum
240 Fit subito dictante modos ad verba furore
Indoctus sermone magam vulgusque nocentem
Sacrilegamque vocat plebes ignara salutis.
Quo fremitu pulsatus adit comitante tumultu
Ac luctu genitor lustrum, quo corpus inane
245 Deiectum haerebat humo iam debita solvens
Mortis inaccepti subolis pro munere voti,
Ingressusque locum mortis mortale frequentans
Ac reticenda sonans domino mordebat amicam:
'Natarum pistrix hominum saevissima, nostrum
250 In natum magicae, nulli feritate secunda,
Artis apodixim potius monstrare putasti?'
Multotiens indigna refert dum verba relatu
Quaereret ac mortis causas vehementer ab illa,
Haec ita dicta refert agno desponsa salutis:
255 'Ex voto studuit,' dicens, 'si posse daretur,
Cuius inire nefas miserum patrando superbus,
Illius accepto meritis nunc posse subactus
Horret humi cassus proprio iam membra calore.
Ingressi domino simili de more furentes
260 Incolumes cedendo foras rediere sodales,
Qui mihi delectum sorti tradendo ministrum
Induit expletum miserans candoris amictum
A cunisque deo corpus iuvenile dicatum
Servat ab illecebris sexu distante virili.
265 Ut fuit ingressus, coepit saevire petulcus;
Oppetiit, dum foeda petit, dum cedere luci
Distulit.' Aeger ad haec genitor subdendo respondit:
'Si magicae non artis eam mucrone secasti,
Angelus incolumem, virtus caelestis, eandem
270 Te mihi restituat subolem poscente dolenti.'
Virgo sub haec fulcita refert virtute parenti:
'Vestra licet haud digna fides mereatur, obaudi:
Ut tamen altithroni virtus patefacta nitescat,

---

250 '*Innatum*' 251 '*a podex impotius*' 264 'inlecebris'

Ingressus auferte foras, distate querelas;
'5 Aggrediar secreta preces distante tumultu.'
Ilicet egressis Christus mandavit ab astris,
Angelus ad vitam, nolens turbare precatam,
Redderet exanimum. Repetens mox plenus ad auras
Prosiluit vita rerum clamando potentem,
30 Quae venient, fluxae remanent per tempora, Christum,
Quem colit, esse deum, plebes cognomen ab ipso
Iam tandem retinens, fidei subiecta datori,
Incassumque coli memorat simulacra deorum,
Quod sibi nec possunt, aliis nec ferre, quod optant.
35 Nec poterat non vera loqui, quae morte subactus
Audierat, dum stupra cupit, iam doctus honorem,
Spreverat ante capax nuper quem mortis amator.
Sic capit ira modum, stultus sic discit honorem.
Pontifices audita fremunt, turbatur haruspex;
90 Seditiosa magis plebes incensa querelis
Infremuit clamantque: 'Magam iam tolle nefandam, f. 6v
Quae mutans animos mentes dementat amantum.'
Obstipuit praedicta videns miracula praeses;
Proscriptus ne forte tamen pro pace daretur,
95 Inter agenda vicem rerum dimisit habenas;
Aspasio cedens tristis discessit ab ipsis,
Sospite quod nato sospes non virgo rediret.
Pontificum, demens, veritus dementia, praeses,
Litis, inultus abis, causas in lite relinquis?
00 Non satius querulas fuerat componere causas
Et prius acceptam domino tutare puellam
Praestitit, illa tibi subolem quod mortis ab urna
Ad vitam revocat? Fugiens sic dona rependis?
Quis modo, serve, times, rerum spoliatus obibis
05 Ac sine sorte, licet, mortem pro morte subibis.
Aspasius clamosa ferens non verba furentum
Intra conspectus medium certando parari

---

275 'Adgrediar' 'praeces' 280 '*fluxe*' 289 'aruspex'
291 '*nefandum*' 298 'preses'

Praecipit immanem flammis crepitantibus ignem.
Mandat, obauditur; lignis de more coactis
310 Fit rogus astra petens, turbis spectacula praebens.
Proicitur medio cuiusdam virgo pudoris:
Non audens ardere dei fervore calentem
Scinditur in geminum refugax, hinc inde profanos
Exurit quin flamma vorax cedendo fideli.
315 Cernere ista licet; patiens inamanda propago
Non tulit illaesam domini discedere sponsam,
Sed magis atque magis mordens blasphema vomebat.
Tunc vallante manus Agnes extensa camino
Has erecta precum voces direxit in astra:
320 'Omnipotens genitor subolis venerande perennis
Ac metuende, tibi grates benedico rependens,
Quod transgressa minas hominum, quod vota per ipsam
Illecebrasque simul mundo iam calle subegi
Me secus infusam flatus de rore superni,
325 Quod moritur torrendo focus, quod flamma secatur
In geminum discreta, feros, quibus ipsa paratur,
Te quod adire sinis, rerum dominator, in ignem.
Credita iam video, iam spes optata tenetur,
Iam complector habens fidei virtute cupita.
330 Te confessa meum triplici sub nomine verum
Iam venio visura deum, qui vivis in aevum.'
Complesset dum virgo preces orando, restinctus
Ignis abest ignisque tepor. Sed acerba popelli
Aspasius haud vota ferens: quin factor iniqui
335 Gutturis in solidum dimergi mucro iubetur,
Cuius ab ingressu roseo perfusa rubore
Virgo sacrata polos victrix moriendo petivit.
Martyrium sic virgo capit, sic sponsa triumphum
Regis et amplexus regum dominantis adivit.
340 Corporis obsequias celebrant dum rite parentes,
Turba profanorum fidei contraria votis

---

310 'prebens' 316 'inlaesam' 320 '*ueneranda*' 323 'Inlecebrasque'

Impetit obsequium cunctis transversa fugatis.
Sola virago stetit necdum de fonte renata
Sed donata fide; constans dum iusta moneret
45 Inveheretque reos, illic lapidata quievit.
Martyrium cui petra dedit, constantia caelum. f. 7v
Excitat actutum tellus agitata resultus,
Aeris ira fremit, mortis desaevit in hostes,
Fulgora lapsa micant, tonitrus crepuere fragores.
50 Iudicis infidos stravit sic ira profanos;
Hoc datur indultus fidei terrore ministris.
His pater expletis Agnae materque sacerdos
Virginis enectae contradunt membra sepulcro.
Postuma cum fierent Agnae iam munia noctu,
55 Virginitatis apex auri subtemine textus
Cernitur indutus cyclades et lucis amictus
Inter eas, noster memorat quas sermo, puellas.
Ipsa suprema tenens Agnes spectatur honoris,
Quod comes eximie dexter comitatur euntem
60 Agnus, ab intacta fluxit qui virginis alvo.
Mira stupor dum visa tenet, dum horror habetur,
Postulat incessus Agnes abeundo teneri.
Figitur inde gradus; hilaris adfatur amicos:
'Congaudete mihi functam nec morte timete.
65 In commune thronos lucis sortimur ovantes,
Praesentat quas visus honor. Superaddo, quod illum,
Quem terris colui, uinctim super astra retento.'
Auditis, quae dicta sonant, transivit et ipsa.
Haec ita dum vulgo fierent vulgata per orbem,
70 Fama gradus audita vomens dum ferret in usquam,
Principis ad natam Romani gesta refudit,
Nomine quae merito Constantia virgo vocatur.
Cuius in arce domum cordis sapientia struxit f. 8r
Et bene velle suum constare suasit in aevum;

---

345 'Inueharetque' a exstinctum 348 'deseuit' 353 'sepulchro' 356 'cicla des' 359 '*eximiae*' 360 '*aula*' 363 '*grandus*' 'affatur' 367 an '*iunctim*'?

375 Aptior ut multis fieret sed causa salutis,
Vulnus in omne sacrum corpus desaevit in illam.
Consilio quae freta suo perrexit adusque
Virginis altithroni tumulum bene fida saluti.
Quem secus accumbens fidei dum vota rogaret,
380 Dulciter in somnum felix requievit habendum.
Mox astare polos Agnes egressa videtur
Et bene docta suam fatur hortata sororem:
'Ut constanter agas, Constantia, vota capessas,
Credula nunc fias, domini tum fida saluti.
385 Iesus adest, nomen cuius salvator honestum.'
Mox sopor atque dolor varios habuere recessus:
Somnus abit, sed morbus obit. Post facta reversa
Ad patris accessus. Urbem mox fama coronat;
Gaudia succedunt; proceres et vulgus, in urbem
390 Fama pedes quocunque trahit, laetantur in unum.
His accensa fides domini succrescit in horas:
Daemonis error abit, fidei constantia floret.
Interea supplex domini deposcit asylum
Aedificando novum fieri Constantia patrem
395 Martyris in dono, meruit medicamina cuius.
His alatus honor fidei vacuatus et error:
Orbis in ambages sparsas direxit habenas.
Morbidus exstructum peteret quicunque sepulcrum,
Tota domum repetens sanatus membra redibat.
400 Pignus adepta sacrum fidei Constantia velum
Sumpsit habere recens sacrati nominis heres.
O decus eximium, vernans diadema pudoris,
Virginitas, quae cuncta vales, quia digna mereris,
Quae, precor, edoceas indoctum, conscia Christo,
405 Sit virtus aequanda tuos in carmine flores.
Nam tibi blanditur fidei constantia fortis,
Spes tibi congaudet, Christi dilectio praebet

---

376 'deseuit' 377 'ad usque' 381 'adstare' 390 'quocumque' .398 'extructum' 'quicumque sepulchrum' 401 'haeres' 405 'equanda'

Oscula, virtutes reliquae famulantur et ipsae;
Angelicis inserta choris praelata tonantem
10 Virtutum regina velut comitaris euntem.
Cetera nam proprium meritis defixa sacellis
Haeret habendo decus virtutum turba salutis;
Munda tenes, immunda fugas quod semper in horas,
Astra satos tellure facis castando subire.
15 Has reor exsortim fasces meruisse pudoris,
Ecce, quod exhibuit per te miracula Christi
Virgo relata super: rerum contempsit honores,
Vulgus et insanum proceres superavit in unum,
Lucis amicta stolis deturbat ab intro lenones,
20 Ulta scelus post membra levat de morte caduci,
Tensa manus, effusa preces, amissa cruorem
Altipetax ex igne polos migravit in altos.

---

411 'Caetera' 415 'exortim'.

V.

CARMEN DE S. QUINTINO.

Fortuitu imperii suggestum totius atrox f. 74r
Caesar et Augustus foedabat Nero nefandus,
Martia qui innocuos contra populos rapit arma
Atque crucem Petro fixit Paulumque recidit
5 Ense suo: tali capiunt caelestia leto
Et saecli dominam sanxerunt corpora Romam,
Quo non saeva noverca foret, sed mater honesta.
Quos licet infelix latro misisset Olympo,
Haud tamen urbs antiqua deum, quem noverat unum, f. 74v
10 Deliquit, sed quos potuit, baptismate tinxit
Direxitque locis paedagogos atque patronos.
Subsedere quidem priscae vestigia fraudis
Doctrinis commixta novis quantisper eidem;
Nam urbs fuit haec per plura annorum tempora sane
15 Sanctorum genetrix et testium dura necatrix,
Ut pia mater alens, ut saeva noverca reflectens.
Haec reliquas inter tantum caput extulit urbes,
Quantum Latonides astrorum praevenit ignes.
Interea siquidem multis vergentibus annis
20 Urbs iam dicta viros clara de stirpe creatos
Bis genuit senos, per quos miracula Gallos
Adfari tua, rex benedicte, deus, voluisti.

---

2 'Cesar' 'fedabat' 5 'celestia loeto' 6 'secli' '*corpore*'
8 'olimpho' 11 'pedagogos' 13 'quantis per' 22 'Affari'

Quos cum sacra pii baptismatis unda piasset,
Parturiens Christo compsit de chrismate musto.
25 E quis unus erat Quintinus, vir generosus,
Nobilitate nitens, virtutum agalmate florens.
Lucius alter adest, pridem sic patre vocatus,
Post fontes Lucianus typicos vocitatur;
Hic pietate cluens, antistitis arte refulgens.
30 Crispinus seu Crispinianus, uterque venustus f.
Munere celsithroni, quibus additur immo Rufinus,
Nobilis et fama multis notissimus horis,
Valeriusque vigens vasti valetudine verbi,
Marcellus, sacer Eugenius celeber Regulusque,
35 Splendentes meritis, redolentes actibus almis,
Hisque Piato comes decimus coniungitur almus,
Martyr praecipuus, fama super aethera notus.
Quos inter Fuscianus ceu mystica lampas
Et Victoricus simili fulgore refulsit,
40 Spe fidei stabiles, caritatis lumine dites,
Ambo florentes aetatibus, archades ambo.
Hi quoque septigeno feliciter artium honore
Imbuti, septiformis charismate flatus
Accensi introrsus necnon extrorsus adepti
45 Composito grege praeceptis parendo tonantis
Dimisere solum patrium carosque parentes
Terrea vitantes, crucifixum corde sequentes.
Tandem per varios casus et dispendia rerum
Gallorum adveniunt regnum. Tum maximus horum
50 Infit, Quintinus, sociorum pectora mulcens:
'O comites, revocate animos maestosque timores f.
Pellite; non equidem ignari sumus ante malorum.
Quod passuri estis, forsan meminisse iuvabit.
Omnipotens aderit post discrimenque levabit.

---

23 'babtismatis' 24 'crismate' 28 'tipicos' 29 '*arce*' 31 'immorufinus' 33 'valitudine' 37 'precipuus' 38 '*fascianus*' 43 'carismate' 44 'nec non' 45 'preceptis' 51 'mestosque'

55 Nos crucis armemus frontes agalmate, fratres;
Corda fides ornet caritas et pectora firmet
Occupet atque locos nostra, en, electio concors
Exitiis positura modum.' Dum vir venerandus
Talia dissereret, sociorum pectora firmat;
60 Hinc iter electum celerant rumore secundo.
Ambianen igitur Quintinus adit generosus
Intrepide populis dicturus iura salutis;
At Lucianus, praesul pietate còruscus,
Belvacense arvum properat et consona narrat;
65 Crispinus Suessionis cum Crispiniano
Veloces petiere; Rufinus Valeriusque
Haud procul a pago siquidem gradiuntur eodem;
Silnectis Regulus petiit illoque quiescit;
Nam Marcellus et Eugenius quae moenia adissent,
70 Nos latet et tamen his una venisse probantur;
Nam Fuscianus Victorico sociatus
Morigenum properant et ibi virtute reflagrant.
His quoque temporibus Caesar Diocletianus
Sceptra caduca soli gestabat honore tumenti,
75 Aurea cuius fraus pulsabat sidera caeli,
Dives opum, lingua melior, sed frigidus armis,
Consiliis habitus sanctos iugulare paratus.
Quocirca sibimet copulavit Maximianum
Herculeum, cuius bellorum contulit hocce
80 Egregium nomen, certe quo nequior alter
Impietate fuit nec bello maior et armis.
Proelia Christicolis indendo et funera mortis
Multabat gladio, quos repperiebat in arvo.
Hoc illi studium fervebat et ista cupido;
85 Sed quia non tantum poterat, quantum sitiebat,
Praesidii ad solium proscripsit Riciovarum
Praefectum, scelere ante alios immanior omnes
Qui exstiterat zelum in sanctos agitando severum.

---

57 '*enelectio*' 58 'Exiciis' 63 'presul' 'choruscus'
72 '*Murigenum*' 73 'Cèsar' 86 'rictiovarum' 88 'extiterat'

Ast ubi sortilegum pondus suscepit iniquus,
90 Saevit inops animi furiis bacchatus acerbis
Insontes contra populos vibrando furoris
Arma. Leo frendens quando dimittit in antris
Ceu catulos dirae maestos famis anxietate, f. 76v
Per saltus nemorum currit, per rura solorum
95 Nancisci cupiens aliquid, de quo satientur,
Haud secus ille procax villas lustrabat et urbes
Christicolum sitiens aliquem laniare cruentus;
Denique quotquot erant conspectibus obvia cuius
Agmina sanctorum, nulli parcebat eorum.
100 Nec ferrum flammas arcet, nec mucro catenas;
Si pix excussat calcem, si carcer acetum,
Equulei haud trochleas adimunt laminas neque pellunt;
Resticuli, lapides, sitis atque fames: adhibentur
Omnia, quae poterant nancisci sensus et ira,
105 Suffiri tormenta viris nec distulit almis.
Dic mihi, dic, latro, dic, tortor perfide, quaeso,
Si poenas apud infernum tales didicisti.
Ista vales per te melius nunc discere prorsus:
Haec quibus intuleras, vivunt, per saecula vivunt,
110 Tu flammas perfers iugiter Stygiasque paludes
Vociferans quereris, sanctos cernendo profaris:
'Discite iustitiam, miseri, nec temnere Iesum,
Parcite, lictores, flagris, rogo, parcite poenis,
Viventes parete deo, neu huc veniatis.' f. 77r
115 Insistens igitur coepto Riciovarus amens,
Praefectus quo non alius crudelior ullus,
Audierat famam Quintini martyris almi,
Quod figmenta sini, Christum regem venerari
Praeciperet verbis, suaderet vocibus altis.
120 Extemplo stridens urbis ad moenia tendit,

---

90 'bachatus' 93 'mestos' 95 'sacientur' 98 '*quodquod*' 100 '*ferum*' 102 '*Aeculei*' 'trocleas' 110 'stigiasque' 112 'tempnere' 115 'riciofarus' 117 'martiris' 118 'figmentasini' 120 'Extimplo'

Quae Samarobrii nomen nuperrime priscum
Obtinuit, sed nunc mutato nomine musto
Dicitur Ambianis. Illic invenit eundem
Quintinum turbis Christi magnalia cunctis
125 Promentem verbis, dantem solamina fessis,
Dogmata Christicolis reserantem arcana modernis.
Quem quoque corripiens mansuetum ceu lupus agnum
Vincla prius ferri, post carceris atria saevi
Suggessit praeses suscepit et omnia miles.
130 Hincque flagris icitur de caeli fasce beatus,
Resticulos demum, candens oleum picis atque
Ferventis patitur poenas adipemque calentem,
Adicit et faculas calcem miscens et acetum;
Inde pius foditur sudibus magnisque taringis.
135 Sic vita sanctus cassatur vertice sectus. f.1
Hunc quia dilexi, tacito transire nequivi:
Qui meritis floret, laudari carmine debet.
Interea sanctorum auditur fama virorum,
Fusciani et Victorici clara ab iniquis,
140 Qui visum caecis, gressum componere clodis,
Officium mancis, auditum reddere surdis,
Eloquium mutis, vitam concedere functis.
Talibus instantes audibat maxima plebis
Subiciens domino cervicum colla superno.
145 Inter quae socium visendi cura titillat
Quintinum, fortuna foret si sospes eidem,
Ut mutuo adfatu gentum de credulitate
Gauderent sacroque complexu seque viderent.
Illum disponunt ambo accelerare verenter;
150 Regia martyrii redimitum munere caeli
Sed iam Quintinum posuit super astra polorum.
Cumque Samarobrium gressus tetigisset eorum,

---

121 '*somanobrii*' 126 'archana' 129 'preses' 130 'decaeli' '*beatur*' 147 '*afflatu*' 149 '*verent* . .' littera t parum certa [fortasse '*verendum*'] 150 'coeli' 152 '*Somanobrium*'

Nobilitate cluens quibus obvius ecce viator
Gentianus adest, procurvus temporis aevo,
155 Iam senior, sed cruda illi viridisque senectus.
'Vos' ait, 'o iuvenes, quibus adventatis ab oris,
Quove tenetis iter?' Quaerenti taliter illi:
'Nos Romae geniti, vestras si forte per aures
Eius iit nomen. Bis seni venimus ergo
160 Dicendi vobis mundi fulsisse salutem
Et miseros transire homines ad gaudia quire,
Si simulacra refutantes diabolica toto
Corde deum fuerint imitati ac fonte renati.
Nam genitor perpes de se sine tempore verbum
165 Unum quae genuit per quod sunt omnia fecit;
Nec pater anterior, nec natus posterior est.
Ex his ambabus personis spiritus almus
Procedit similis ditione patri genitoque.
Haec unitas triplex deitas sic creditur una,
170 Ut persona triplex maneat, substantia simplex.
Ista triplex deitas postquam compegerat orbem,
Formavit hominem os humerosque sibi similantem.
Quem cum sermo dei pomo vesci vetuisset,
Astu serpentis, heu! est illectus e normis;
175 Namque miser cupiens fore plus, quam conditus esset,
Linquens vitae epulas mortis suscepit aerumnas.
Potatus leto depellitur a paradiso,
Ah! secum genus omne trahens et crimine perdens.
Hinc mundi princeps homines sibi subdidit omnes,
180 Donec is, qui egit, carnem de virgine sumpsit
Et sub lege fuit, qui de nihilo omnia fecit.
Morigerando patri potum gustavit Averni
Atque resurrexit vivens, privilegia reddens
Prisca suis, victor caelos post scandit in altos.
185 Unde idem trinus merito laudatur et unus.

---

153 'ecce viator' verba macula aspersa parum clara sunt, nec tamen dubitationem movent 167 '*almis*' 176 'erumnas' 177 'loeto' 182 'Murigerando' 184 'coelos' '*scandidit*'

Hunc animo colimus, hunc corde fatemur et ore
Hortamurque alios nobiscum credere id ipsum.'
Alloquio cuius dum taliter hi fruerentur,
Cognoscunt eius mentem exoptare salutem.
190 Tum senior pro re lacrimis ita fatur obortis:
'Ter rediit Phoebus, postquam talis mihi sensus
Astitit, ut credam olli, quem vos creditis ipsi.'
Aggressi vetulum contra sic fantur ad illum:
'Posse dabit, qui velle dedit, si, frater, in illum
195 Credere non dubitas, ad se qui pervehit omnes.'
Subiungunt sancti dicentes haec seniori:
'Quaerendi nobis etiam stat fixa voluntas
Quintinum, insignem socium fratremque modestum.'
Altius ecce gemens responsum hoc reddidit heros:
200 'Collega nam vester, quem cernere vultis ovanter,
Dum nobis eadem narraret, praeside tentus,
Tortus suppliciis ista non vescitur aura.
In municipio requiescit vertice secto,
Quod Vermandorum vocitavit lingua priorum,
205 Ferme quater denis et binis solibus actis.
Militibusque suis iudex iam iusserat exlex,
Quo vosmet citius prensent et strictius artent,
Sponte acturus idem. Sed vos divertite, quaeso,
Ad vestri aediculas servi paulisper, ut illo
210 Pace levetis iter panis carpendo buccellam.'
Assensit caritas fratrem lucrarier optans.
Tum celeres patris culmen petiere senilis;
At hospes hilaris tantorum hospitum amore
Servit et exsiliens obtemperat atque ministrat.
215 His autem rabies forsan furibunda diebus
Venerat Ambianis et mox volitante per auras
Hic fama athletas didicit micuisse tonantis
Tuncque canes ut apros coepit rimarier illos.

---

197 '*et iam*' 201 'preside' 207 '*praesent*' littera parum clara superscripta '*arcent*' 209 '*A dūri*' '*aedicula*' 214 'exiliens' 217 '*fame*'

Perveniens tandem Gentiani senis ad aedem f
20 Se nactum esse viros gaudet, quos quaerere socors.
Sed senior flamma succensus amoris abunde
Exemit gladium nitens percellere taetrum
Riciovarum. Ad quem praeses nequissimus inquit:
'Debueras, vetulus, iuvenes a talibus ausis
25 Castigare et nunc iuvenili aetate teneris.
Ah! moribunde senex, quae te vesania cepit?
Cur tantum patrare nefas, demens, voluisti?'
Sic praeses saevus. Contra sic miles adorsus:
'Non cepit nostram, praefecte, insania mentem,
30 Sed Christi compellit amor, quem corde fatebor,
Dum memor ipse mei fuero, pro nomine cuius
Ponere nec animam dubito neque corporis artus.'
Ad quem praefectus pauco sermone profatur:
'Iam praesens taedet tibi vita ideoque superbis.
35 Efficiam, posthac ne quemquam voce lacessas.
Nunc noster gladius collum pertranseat huius.'
Lactea canities tum corpore vellitur almo.
Cui rex aetherei statim sic fatur Olympi:
'Gentiane, veni, ditaris honore triumphi
40 Iunctus caelicolis, numerandus in agmine regis.'
Sic Gentianus superam migravit ad aulam f.
Sanguine perfusus, baptismi agalmate comptus.
Continuo laetus, sicut qui tale tropaeum
Explevit, celsa truculentus fasce resedit.
45 Hinc comites iamque omnis eum stipata tegebat
Turba ducum. Alloquitur: 'Nostris obtutibus, eia!
Assint sacrilegi manibus post terga revinctis.'
Haec memorans animo nunc huc, nunc fluctuat illuc.

---

219 '*senisedem*' 220 '*Senectum*' 'querere' 222 'tetrum' 223 'Ricciovarum' 'preses' 226 '*coepit*' 228 'preses' 229 '*coepit*' 'prefecte' 233 'prefectus' 234 'presens tedet' 237 'tum' in rasura ob eamque causam minus clarum 238 'olimphi' 239 '*dita*'... 243 'tropheum' vv. 249—261 difficiliores sunt lectu, quod folium exciderat et postea glutine insertum est, ut litterae in interiore margine scriptae ex parte occultentur

Sistuntur demum iusti ante tribunal iniqui,
250 Qualis ⟨ubi⟩ Oceani perfusus Lucifer unda
Astrorum ante alios apparet fulgidus ignes.
Sic praefectus ait: 'Actutum dicite, cuius
Cultores estis, vel sectam quam retinetis.'
⟨'Nos', aiunt,⟩ 'patrem, verbo qui cuncta creavit,
255 Quique creata suo firmavit flamine sancto,
Credimus et puro veneramur pectore solum.'
At praeses: 'Forsit nescitis relligionem,
⟨Quam colit⟩ Augustus Caesar Romanus et orbis.'
⟨Cantorum veterum⟩ tunc intonat hoc documentum:
260 ⟨'Iuppiter omnipotens⟩ et coniunx inclita Iuno,
Mars, Venus et Titan, Cyllenius atque Diana
Libantur, creduntur, adorantur, venerantur.
Ast Iovis in caelo, Neptunus in aequore vasto,
Pluton in inferno regnant mundumque gubernant.
265 Haec est relligio, quam princeps postque satelles
Credentes trepidant, proni venerantur, adorant,
Vota ferunt, holocaustomatum libamina reddunt.'
Quae sancti contra retulerunt voce serena:
'Pro dolor! illi errant, qui tam atris tura propinant.
270 Nos equidem colimus dominum, qui trinus et unus
Exstans in triplici virtute sui regit atque
Omnia disponit, quae sunt et stare videntur.
Hic unum de se genuit sine tempore verbum,
Per quod composuit caelum, terram, mare, seu quae
275 Sunt in eis. A quo procedit spiritus almus
Cuncta animans, genitor per verbum quaeque creavit.
Iste deus noster, hunc credimus, hunc profitemur,
Huic incensum laudis libamus ovanter.
Quem si tu coleres, elabi fors potuisses

---

249 '..*stuntur*' 250 '..*alis* ... *oceana*' 252 'prefectus' 253 '.. *ltores*' 254 '*N* ...... *patrem*' 257 '*At*' vel '*Et*' legendum videtur '*forset*' 258 — '*augustus cesar*' 259 '... *nto* .... *erū*' 260 '... *iter* ... *pts*' linea superposita 261 '*c* . *llenius*' 264 'Plutton' 271 'Extans' 272 '*ut*' 276 'gentor' a sec. m. superscr. i

80 Taenareas fauces et caeli regna tueri.'
Hinc contra anomalus: 'Nec noster talia sensus
Acturum pacto semet deliberat ullo.'
⟨Terrea tum caelo⟩ noto loca forte ⟨quis mutans⟩ f. 81r
Indicat ⟨emeritos⟩ nimiumque fuisse ⟨peritos,⟩
85 Quo caeli penetraret eorum spiritus aulam
Praeveniente deo, ⟨qui iure⟩ triumphat ab alto.
Denique qui astiterant, geminum iubar insolito usu
Mirantes radios solis signique potentes
Id statim signum celebres scripsere coruscum
90 Dicendo: 'Qualem capiunt super astra quietem,
[Quos iam flammarum circumdat fulgor in arvis!]
. . . .
⟨Id⟩ neque transiliam, per eos quod fecerat heros:
Edicam scriptis, narrabo nepotibus, orbis
95 Totus ab integro saeclorum noscat in ⟨aevum⟩.

[Lacuna octo versuum.]

Scilicet ut, quem exhortando comites ⟨docuissent,⟩ f. 81v
05 Cum illo ⟨restarent⟩ uno sub ⟨tegmine iuncti,⟩
Et quem divisit ⟨dirus praefectus, in altis⟩
Martyrii palma ⟨reperirent⟩ iure nitentes.
In tellure ⟨cubant⟩ uno positi polyandro.

---

280 'Tenareas' 283 inde ab hoc versu incipit folium 81, cuius margo superior simulque et initium versus 283 et inferior pars dextera folii avulsa est; reliquiae versus 283 hae sunt: '.... *noto loca forte* .... *tans*' 284 '*Indicat* ... *eritos pe*.... *os*' 285 '*penetra* . &' 286 '*qu* ... *triumph* .. *ab alto*' 288 '*patentes*' 289 '*scribse* .. *e*' 291 '*Quos ta* . *l* — *cifla* ... *n* . *r* . *nda fulg* . *maruis*' 292 '....... *gi* .. *nempe recessit*' 293 'Quod neque' de 'quod' ambigitur 295 'seclorum *noscat in* ....' 296 'Tempus erat quo' — 297 'Incipit et dono domino gr' — incerta lectio 298 '. . f ex . nigra polum legis' — vox legis parum certa 299 'Cum truncata beator' — 300 'Corpora restituit' — 301 'Sumpserunt' — 302 'Ad senis' — 303 'Hoc sine divi' — 304 '*comites* ....' 305 '*Cum illo* ... *sarent uno sub t* .... *ncti*' 306 '*Et quem divisi* . *d* .... *ltis*' 307 '*Martyrii pal* .... *iure* . *itentes*' 308 '*In tellu* ..... *uno*' 'poliandro'

O almorum lampas, quantum mirabilis exstas,
310 In te ipso qui tam clara ostentas in aperto,
Magnus et omnipotens opifex, fortissime iudex!
Ambigere debet mens nulla in talibus actis,
Corporibus functis potuit quia reddere gressum,
Qui super aequoreas Petro dedit ire tumores,
315 ⟨In feretro⟩ positam iussit properare puellam,
⟨Atque adeo Lazarum⟩ post funus surgere vivum.

[Lacuna decem versuum.] f. 8

'Non hoc Hippocras, non Asclepius retulerunt.
Aestimo, quae peragis, quondam fecisse pigebit:
Vincere non poteris, sed tu victus remanebis.'
330 Praeterea rabies irarum turbine mota
Nequiter intremuit frendens et inhorruit amens;
Hinc magis atque magis scrupulos vehementius auget.
Hostia sed Christi sese pro munere regni
Poenis adfligi, tormentis dilaniari
335 Exsultabat ovans et fixa manebat adorans.
Corripiens tela inde manu Mavortia praeses
Valde diabolici crispando hastilia ferri
Fortiter et validis emittens viribus ipsa
Transfodit sanctos conans multarier illos.
340 Hoc neque suffecit: peragi suprema rogantur.
At scelerum princeps audita voce satellum
Vagina horrificum nigra tum exemerat ⟨ensem⟩
Funeste amborum caesurus colla virorum.

---

309 'extas' 315 '. . . . . *positam*' 316 '. . . . . *um post*' 317 — 'reavit honorem' 318 — 'promerę verbis' 319 — 'one peregit' 320 — 'on in abysso' 321 — 'muique propinquant' 322 — 'is' 323 — — 324 — 'ar ibidem' 325 incipit folium 82, cuius superior pars dextera avulsa est — 'tis documen' — 326 'Hoc factum audieris cet q(?)' — 327 '*Non hoc yppocras non asclipius retul* . . .' 328 '*pig* . . . .' 329 '*rema* . . . . .' 331 '*ame* . .' 334 'affligi' 335 'Exultabat' 336 'preses' 339 tria extrema vocabula dubia videntur 340 '*roga* . . .' 341 '*satell* . . .' 342 post '*exemerat*' nihil iam exstat 343 'cesurus'

Sic perimit gladio victuros in saecula Christo.
45 Morte igitur facta gaudens cum pergeret urbem,

[Lacuna undecim versuum.] f. 82v

'Quid loquor? aut ubi sum? quae <mentem insania uexat?>'
Saevit inops animi merito donatus acerbo

[Extremi octo versus non liquent.]

---

344 'secula' 345 '*lecta*' — folii 82 pars aversa codicis operculo agglutinata erat, unde resoluta litterarum formas amisit; haec fere etiam nunc legi possunt: 350 — 'quid superextat' 351 — 'abeatis' 355 'Christicolas mactans' — 356 '.. acheronta sequor....' 357 '*Quod loquor*' neutrum verbum satis certum '*quae men* .. *amt*' 358 'Saevit inops' a sec. manu margini ascriptum 359—366 plane evanuerunt.

VI.

VITA S. CASSIANI.

. . . .

At tuba terribilem sonitum cum protulit istum f.
Agmine discipulum Christi pangente triumphum, co
Splendor iustitiae per eos effulsit in orbe.
Tunc coepere viri divino flamine pleni
5 Surdis auditum, caecis imponere visum,
Attactum mancis, gressum concedere clodis,
Daemonas expelli, functis halitum reparari.
Haec ubi viderunt, vitae spem corde tulerunt
Atque sequi Christum semet vovere per aevum,
0 Quotquot erant scripti caelestis cortice libri.
En operante deo, qui iure triumphat ab alto,
Auster et occasus, Boreas radians et Eous
Credentes tanti gaudent adfamine verbi.
Iam Thrax et Parthus pellem mutavit et Indus,
5 Perses seu Medus vitam mollisque Sabaeus.
Teucer et Argolicus, Tyrrhenus sive Sabinus,
Gallus et Hispanus, Britto pictusque Gelonus,

---

1 Codex: '*sonum*' 3 C 'iusticiae' 4 Fontaninus: 'caepere' 5 C 'cecis' 6 F 'claudis' 7 F 'Doemonas' C '*functos*' 9 C 'euum' 10 C 'celestis' F 'coelestis' 13 CF 'affamine' 14 C 'trax' 15 F '*cum Medis*' C 'sabeus' 16 C 'Teucer et' particula et per compendium scripta F '*Teucerus*' C 'thirrenus'

Romanus celeber necnon bellaxque Sicamber
Perfidia exuti, permulsi lacte fidei
20 Idola siverunt baptismo seque piarunt.
Sicque prophetalis completa est dictio vatis,
Quae canit in cunctis procedere finibus orbis
Verbum, discipulum retulit quod lingua, salutis.

De conversione Aegypti et origine beatissimi Cassiani confessoris.

Hoc cum Memphiticis lumen radiasset in oris,
25 Nactum Syrophanis ponunt illudque capessunt,
Magnis caelitibus tribuit quod munere Christus.
Hic tenebras pelli, lucem tueris oriri,
Idola frustrari, vexilla crucis venerari,
Quadrigas cenchris sublabi fluctibus altis,
30 Israel in solido gratari carmine mixto.
Unde tibi meritas effemur, rex deus, odas:
Quod facinus fuerat, tua gratia nunc subabundat.
En sanctos generat, quae olim simulacra patrabat,
Monomachos gignens et eos caelestibus indens.
35 Quos inter Cassianum nuperrime sanctum — 2 col
Produxit puerum multo de sanguine cretum,
Quem genitor locuples et rerum emblemate dives
Chrismate perfusum scholis dedit erudiendum.
Hunc pius antistes Zonis, post martyr enormis,
40 Instruxit verbo, redimivit stigmate pulchro.
Scripturas peragrat, quae sunt arcana, retractat,
Nec abduntur ei, quaecunque obscura teguntur,
Donec catholicum lumen penetraret ad unguem.
Flore iuventutis redolens primaevae adolescens

18 F 'nec non' 20 F *'piari'* 22 C 'Que' — C 'beatissismi' — 25 C 'syrophanis' an *'hierophantis'*? CF 'capescunt' 26 F 'coelitibus' 29 C 'cencris' F *'teneris'* 30 C 'Israhel' 31 F *'efferrem'* 32 F *'factum'* C 'subabundet' a superscr. F *'subabundet'* 34 F 'coelestibus' 38 C 'Xrismate' 'scolis' 40 C 'redemivit' alterum e in i emendatum 41 C 'archana' 42 CF 'quaecumque' 43 C 'chatolicum' in catholicum correctum 'pene traret' ligatum 44 C 'primeuae'

45 Libavit totum domino sese in holocaustum
Ei servire volens, cui se subiecerat ardens;
Crescebat meritis vitae crescendo momentis.
Quod lex praecepit, quod patris gratia sanxit,
Viribus egregium totis imitando magistrum
50 Implebat studio legis duo iussa patrando.

De virtutibus spiritualibus in eo.

Interea iuvenis capsim formatur ab annis,
Quodque prius coepit, gestis cumulabat opimis.
Nempe viro factus digno consors Hilarino
Excubiis nictat, divinis laudibus instat
55 Templa beatorum lustrans et eos prece pulsans
Optabat meritis ipsorum seque iuvari.
Quos animo ardenti sitiebat valde imitari:
Hinc xenodochium reparat, distendit et ornat,
Quo fessis epulas, miseris solamina dedat,
60 Visitet infirmos, dapibus sustentet aegrotos,
Non sua perquirens, sed Christi dogmata complens,
Prodere si scripto, si fas est dicere verbo,
Quae bona vir caelebs, divino nectare sollers
Monstrabat studiis iugibus firmans documentis.
65 Talibus instaret curis dum tiro fidelis,
Extemplo Nili volat ingens fama per urbes
Territat et plebes eius de gestibus omnes.
Unde alacres una dicebant voce sonora:
'Est Cassianus nobis adeo recolendus;
70 Nobilitate nitet, virtutum agalmate floret,
Moribus illustris, merito sublimior astris, f. 73'
Effigie rutilus, nulli pietate secundus,
Archas mellifluus, fama super aethera notus.

---

45 F 'se se' C 'holocastum' u superscr. — C 'spȳalibus' — 51 C 'ad undas' punctis singulis litteris subiectis deletum et 'ab annis' superscr. 53 C 'ilarino' F 'Ilarino' 56 C 'obtabat' 60 CF 'egrotos' 61 C 'docmata' 64 C 'monstrabit' a superscr. 65 CF 'tyro' 66 C 'Extimplo' CF 'nili' 68 F 'elacres' 69 C '*re colendus*'

Nos inter nemo degit praestantior ipso.'
75 Talis Niloticam replebat dictio terram
Extollens Cassianum fama meritorum.

De Iuliano, nequissimo imperatore.

Iam Cariath-Sepher Iosue destruxerat alter
Et muros Iericho prostravit funditus arvo
Compita per mundi iubilantibus omnia sanctis, —
80 Heu dolor, orbicolae, lugentes, obsecro, flete! —
Cum sacer atque ferox nimium Iulianus et atrox
Suggestum imperii temeravit corde procaci.
Hic tanto scelere ante alios immanior omnes,
Quantus ad astrigerum tendit suspectus Olympum.
85 Unde erga sanctos bellum commoverat excors
Induperans perimi et nullum super arva pacisci.
Quod mandat taeter, gaudet parere minister:
Efficitur strages, iugulantur cuspide testes,
Ierusalem cives, regem caeli venerantes
90 Traduntur flammis, merguntur fluctibus altis,
Torquent equuleos, nexus patiuntur aenos;
Occumbunt iusti, multantur ubique beati.
Sic Caesar statuit, dirus sic lictor obaudit.
Quos fugat imperium, recolunt spelaea ferarum;
95 Belua conservat, hominum quos mucro retruncat.
Audi, terra, rogo, caelum, superinspice, quaeso,
Ferte virum sterilem nocuos sine re perimentem.
Baccharis, Caesar, baccharis, perfide, frustra,

---

74 C 'prestantior' 77 C 'cariat sepher' F '*Cariath-Seph et*' 78 C 'ihericho' prius h deletum 79 C 'Competa' F idem, sed in margine 'compita' 80 C 'orbi colae' 82 C 'inperii' 84 C 'olimpum' 86 CF '*papisci*' 87 CF 'teter' 89 C 'Hierusalem' F 'coeli' 91 C '*aeculeos*' F 'eculeos' C '*nexis*' C '*aeneos*' F 'ahenos' 92 F 'mulctantur' 93 C 'dictus' in 'dirus' emendatum 94 C 'sperea' r in l correctum 95 F 'Bellua' 96 F 'coelum' C 'super inspice' F '*superaspice*' 97 C 'reprimentem' linea interposita et littera e superscripta in 're perimentem' mutatum F '*reperi mente*' in margine '*nocuo cinere perimente*' 98 C 'Bacharis caesar bacharis' F 'Bacchavis Caesar baccharis'

Pridem discipulus, nunc vilis apostata factus.
100 Arbos tu sterilis, lignis aequatus adustis
En Erebo frueris nec quemquam voce lacessis.
Vicisti, Galilaee deus, iam Caesaris actus;
Tu potis et clemens, tu rex in fasce refulgens,
Multasti rabidum caelesti fulmine fossum.
105 Quocirca celebres tibimet dicemus honores,
Qui miserans iustos barathro dimergis acerbos.

De Zone, magistro ipsius et martyre. 2 co

Iste furor Zonem vitae direxit ad arcem
Fretum martyrio, praevinctum nobile serto.
Mausoleum Cassianus cui ilico alumnus
110 Edidit in templo carum tumulando magistrum,
Exortum Maii cum stiva inflammat Aprilis.
Cuius mirificum iugiter memorando triumphum
Debita victori sacravit voto perenni
Testem praeconans et eum cum laude frequentans.

De Ioviano, imperatore Christianissimo.

115 Blasphemus tenebras postquam properavit Avernas,
Compos orbigenum motus pietate suorum
Fulgura sedavit, hostes ditione subegit.
Nam Romana phalanx orbem mucrone refrenans
Ad regni sceptrum procerem bonitate refertum
120 Ab Iove delegit Iovianum nomine dictum,
Iuppiter ut populo exstaret de agnomine recto.
Hic armis strenuus domini cultorque monarchus

---

99 C '*discipulis*' 101 C '*En erobo*' F '*In Erebo*' CF 'lacescis' 102 C 'galileae' alterum a deletum 104 F 'coelesti' 105 F 'Quo circa' 106 CF 'baratro' C '*dimergi sacerdos*' F 'dimergis acerdos' in margine 'acerbos' — C 'martire' 107 C '*Zonen*' '*artem*' 108 F '*post vinctum*' 109 CF '*Mauseolum*' F '*civilico*' 110 C 'karum' 114 CF '*Teste*' C 'preconans' 115 CF 'Blasfemus' 119 C '*At*' F idem, sed in margine 'ad' C 'screptrum' 121 C 'extaret' 122 C 'Hi carmis' postea emendatum C '*monarchis*'

Christicolas iuvit, paganos credere fecit,
Ecclesias statuit, flocci figmenta redegit,
125 Orbem iudicio, gentes correxerat aequo.
Is quoque Taphneos cum transmigrasset ad agros,
Hortensis populus sacro pastore carebat.
Quod herus agnoscens iussit perquirere statim,
Quid super hoc domini vellet sententia magni.

De electione Cassiani.

130 Unanimes igitur domini suffragia poscunt,
Illis pontificem daret ut sibi iure placentem.
Tum legione precum motus sator ipse polorum
Sanciri Cassianum de more patronum
Ornatum donis, fultum caelestibus haustis
135 Innuit aspirans introrsus hoc super omnes.
Id siquidem Augustus Caesar fieri haud refragatur;
Insuper hortatur, mandat, favet atque precatur.
Abnuit hoc humilis nec se vult subdere curis,
Taedia non vitans, sed vires defore testans.
140 Vulgus ad haec valido strepituque tumultuat alto:
'Nos scimus, quod sis a cunctipotente ditatus: f. 74
Prosapia vernas, gestorum lampade flagras,
Astutia polles et simplicitate refulges.
Nolis sive velis, praesul dominabere nobis.
145 Noster civis ades; ideo nos optime pasces.'
Sic clamat coetus, sic adnuit ipse senatus;
Vox caelo fertur. Cassiani moderatur
Mens, quo subigeret, quod Caesar plebsque rogabant.

---

123 F '*vivit*' in margine: vel '*uniit*' 124 C 'Aecclesias' F '*Ecclesiam*' 125 C 'iuditio' 127 CF 'Ortensis' 130 C 'possunt' alterum s deletum et c superscr. 132 C 'praecum' '*matus*' 134 F 'coelestibus' 135 F 'adspirans' 137 C 'ortatur' 139 C 'tedia' 141 C '*noscimus*' vv. 142 et 143 Fontaninus ita confudit: '*Prosapia vernas gestorum, et simplicitate refulges*' 145 C '*cives*' 146 CF 'annuit' 147 F 'coelo' 148 CF 'subigeret' fortasse de '*susciperet*' cogitaveris C '*plesque*'

De ordinatione ipsius.

Tunc ergo sanctus tantorum voce coactus
0 Excepit regimen supplex et nobile nomen.
Alter enim Cassianus cum Caesare ventus
Ex Asia aequivocum sacravit honore patronum.
His autem gestis inerat dux inclitus orbis
Auruncique patres orbem mucrone colentes,
5 Adfuit et clerus necnon Taphnea iuventus.
Gaudebant omnes odas domino referentes,
Qui sibi pontificem tribuit praeesse cluentem.
Praesulis in solium postquam conscenderat altum
Ornatus stola, luculentus veste sacrata,
0 Actibus in cunctis talis virtute refulsit,
Qualis lymphacea perlautus Lucifer unda,
Cum surgens croceo subtexit sidera peplo.
Praedicat hinc populis summi magnalia regis;
Monstrans exemplis suadebat quaeque loquela.
5 Gloria quae iustis maneat, quae poena profanis,
Qui decor in superis exstet, qui stridor in imis,
Rebus in humanis quam sit fiducia calvens,
Expediit dictis adfirmans rebus apertis.
Totum se domini mactabat pronus ad aram
0 Exstans ara suavis et hostia sive sacerdos.
Quis rhetor liquido quibit depromere scripto,
Qualis in adversis fuit et per prospera mitis,
Parcus quamque sibi exstitit, et quam largus egenis?
. Vitabat pompam mundi, spernebat honorem
5 Divitias calcans et eas uti stercora damnans,

---

150 C 'Excoepit' 151 F in margine: id est, qui venerat 153 F 'inclytus' 154 C 'Auroncique' F '.. *uroncique*' 155 C 'affuit' F 'nec non' C 'tafnea' 159 C 'uestae' 161 C '*limphas ea*' F 'limphasea' 'perlautus' in margine 'perlotus' 162 C 'sydera' 164 C '*loq̄. q. loq̄t*' 165 C 'gloria *qua*' 166 C 'extet' 167 C 'fidutia' F 'calvens', sed in margine '*fallens*' fortasse '*claudens*' 168 CF 'affirmans' 170 C 'extans' 171 C 'rethor' 172 C '*Quat' ina dū sis*' 173 C 'extitit' 174 F '*sternebat*' 175 F '*ut*' C 'dampnans'

Spargebat gazas indens caelestibus illas,
Quo potiretur eis resolutus carcere carnis.
Clarus erat vultu, sed tanto clarior actu, 2 col
Eloquio dulcis, habitu gressuque suavis,
180 Ore quidem nitidus semperque in mente serenus.
Exsuperas plane fingentis lata poetae;
Impetus actorum meum vincit valde tuorum.
Inquam, quod valeo; laudes tibi ferre nequibo.
Heus, athleta dei, vigeas in culmine divi,
185 Gaudia cum sanctis habeas per pascua pacis!

De Ecclesia in honore sancti Laurentii dedicata.

Denique delubrum struxit mirabile dictu
Moenibus Hortensis, rebus sublime secundis,
Quodque necessariis eguit, pia dona ministrans.
Ipsius culmen cum pervenisset ad unguem
190 Et nox atra polum bigis subvecta teneret
Pastor et in fulcro fessos componeret artus
Serpere dans seram leviter per membra quietem,
Visa fuit caelo facies dilabier alto
Laurentii testis vocesque effundere talis:
195 'Imperio patris huc venio, Dionaee sacerdos,
Qui te Ierusalem scripsit magnum fore civem:
Hoc siquidem templum, sollers quod praeclue dudum
Marmore finxisti ⟨fini⟩ pulchroque tulisti,
Nomine Laurentii sacretur honore perenni.'
200 Haec ait et sudum martyr remeavit Olympum.
Ast pastor strenuus tanto de famine certus
Nil titubans iussis obtemperat ilicet istis:

---

176 F 'coelestibus' 180 C 'seuenus' prius u deletum et r superscr. 181 C 'Exuperas' F '*turgentis*' 183 F '*In quamquam*' in margine '*quantum*' 184 C 'ahtleta' — 'Aecclesia' — 187 C 'ortensis' F 'Ortensis' 188 CF '*egit*' 193 C 'caelos' s deletum 194 C '*effunde*' 195 C 'dionee' 196 C 'hierusalem' 197 C 'preclue' 198 CF '*finxisti pulchroque*' verbum excidit 200 C 'olympum' h superscr. 201 F 'At'

Dedicat ecclesiam Laurenti nomine factam
Et decus et nomen praescripti semper habendam.
205 Talibus auspiciis vivebat custos herilis
Mortuus huic mundo, praenitens vivere Christo;
Corpore nam terris, animo degebat in astris.

De meditatione peregrinationis eius.

Praeterea sanctus tantorum nectare fultus
Donorum conans praedicti exempla magistri
210 Actibus aequiperare suis conspexit abesse
Martyrium, per quod mactus conscenderet aulam.
Ardebat spectans, cum quo luctamen iniret, f. 74'
Post alapas ictus, post carceris atria nexus,
Post ferrum flammas, post letum gurgitis undas
215 Ferre volens animo et praestanti corde cupiscens.
Has sitiens epulas ne quid speraret habebat;
Hoc torrens aestu nunc huc, nunc fluctuat illuc
In partisque rapit varias, per quem omnia versat,
Si laxando gregem vestiget praesidis ensem.
220 Saepius id replicat, solito notissima pulsat.
Indicium quaerit, veniat quod caelitus illi,
Explorat pronus, quid vellet ab aethere Christus;
Incumbens lacrimis corpus suspendit ab escis,
Pernox insudat, cordis thymiamata mactat.
225 Has inter curas occurrit summa potestas
Mandans Aegypti gentes et rura pacisci
Atque Sicambrigenum vasto, pro! aequore regnum
Expetere, ut populis ferret pia dogmata Gallis,
Implens praeceptum, prompsit quod doxa piorum.

---

203 C 'aecclesiam *Laurentii*' 205 C 'auspitiis' 208 CF '*vultus*' 210 F 'aequiparare' 211 C 'Martirium' 214 C 'loetum' F 'lethum' 215 C 'prestanti' 216 F 'nequid' 217 F 'nuno huc' 218 C 'perversat' scribi coeptum erat, sed 'per' postea deletum est 220 C 'Sepius' 221 CF '*Iudicium*' F 'coelitus' 223 F 'lacrymis' 224 CF 'timiamata' 225 C 'oc currit' postea ligatum 226 C 'aegipti' 227 C 'pro' per compendium scriptum F '*prae*' 228 C 'docmata' 229 C '*promisit*' F 'promsit'

230 Ergo certa sciens et veri nuntia credens
Obtulit extemplo regi libamina magno,
Qui non omittit, propria quos morte redemit.

De convocatione coepiscoporum et conquirente populo.

Convocat hinc socios in eadem sorte dicatos,
Quis primo votum, post pandit herile rogatum.
235 Quos ubi contra stare videt molimine firmo,
Prodidit arcanum, quod Christus ab axe polorum
Innuit; inde favent omnes insistere coepto.
Ardet abire dehinc propriamque relinquere terram,
Cumque *λαῶν* patulas istud percelleret aures,
240 Diriguit subita gelidus formidine sanguis
Atque incredibilis rerum fama occupat omnes.
At pater ignorat, quae prima exordia sumat.
Sic alternanti potior sententia visa est:
Accersire gregem tanta formidine flentem
245 Ac lenire illos edictis mollibus omnes.
Undique conveniunt inopes, magni et mediocres.
Quis sacer exorsus solio sic infit ab alto:
'Cunctipotens genitor hominum rerumque repertor 2 co
Vos fidei testes et spei robore fortes
250 Consortesque sui quocirca nominis almi
Iam fore concessit verbi nec lacte caretis,
Viribus ut totis illum iugiter recolatis
Cuncta refutantes, ipsum super omnia amantes,
Prospera vitando et nunquam perversa tremendo.
255 Vobis edicam repetens iterumque monebo:
Eia, estote viri fortes nullumque paventes!
Non pastor deerit vobis, non cura salutis;
Pascet qui fecit, firmabit, consolidabit.

---

230 C 'nuncia' 231 C 'extimplo' 232 C '*nono mittit*' — F '*populorum*' pro 'coepiscoporum' 233 C 'sotios' 234 F 'quis' in margine 'queis' 236 C 'archanum' 237 C 'cepto' 239 C 'laon' F in margine '*λαῶν*' 242 F '*quo*' 247 F in margine 'queis' C 'sit' in 'sic' correctum 250 F 'quo circa' 254 C 'numquam' 255 F 'iterumquo'

Iustitium cohibete, rogo, coeptosque dolores
260 Temnite nec ullus votis obsistat adeptis.
Quod facere exopto, rex Christus ab aethere celso
Favit et ad metam monuit perducere certam.'
Haec et plura loquens patrum monimentaque censens
Temptabat lenire animos et reddere laetos.
265 Haec ubi dicta dedit, populi clamore profari
Coepere ingenti frendentes corde dolenti:
'Sin alios fines aliamque capessere gentem
Est animus poscisque solo decedere nostro:
Quis caulas reget hancque manum quis, heu! bene pascet?'
270 Ipsis sedato respondit pectore pastor
Spem vultu simulans pressansque in corde dolorem:
'Solvite corde metum, cari, secludite curas:
Christus erit pastor vobis et cura salutis;
Rectorem tribuet, qui vos ad pabula ducet.
275 Fidite in ipsius suffragia firmiter, eia!
Semper honos vestrumque decus nomenque manebunt
Nec vos ulla dies unquam memori eximet aevo,
Immanis convexa polus dum sidera pascet.'
Sic pastor strenuus; tandem Memphea iuventus
280 Respondit verbo, non sic in pectoris antro:
'Incipe; iam volumus, iussit quod ab aethere Iesus.'

De ordinatione urbis et electione sociorum.

Ordinat hinc urbem plebi statuendo levamen,
Componit, ditat, tuitur, benedicit et ornat
Eligit et socios his nominibus vocitatos:

---

259 CF 'Iusticium' C 'ceptosque' F 'caeptosque' 260 'Tempnite' 263 F 'monimentaquc' 264 F 'Tentabat' 266 F 'fredentes' 269 F omisit '*manum*' 270 'respondit' per compendium scriptum est, ut duae extremae litterae desint F '*respondet*' 272 F '*Volvite*' 276 C 'manebunt' per compendium scriptum F '*manebit*' 277 C 'umquam' CF '*mori*' 278 C 'sydera' 280 cf. 270. — C 'sotiorum' — 282 C 'plebi' per compendium scriptum extrema littera omissa; an '*plebis*'?

285 Presbyteros Domitianum Didymum quoque binos, f. 75[r]
Viribus insignes, omni bonitate cluentes;
Levitas equidem numero sibi iunxerat aequo,
Ambos florentes aetatibus, archades ambos,
Et cantare pares et iter perferre volentes,
290 Orionem primum Neonan dictumque secundum.
Lectorum vero cuneus supereminet uno
Indicens numero, quod habebant cordis in alvo,
Sic: Basamon et Honorius Eronesque vocati.
Nam natineum sibimet connexerat unum,
295 Cui spei fervor, fidei caritatis et ardor,
Ingenianus erat nomen, dilectio duplex,
Simplicitas illi prudens, prudentia simplex,
Sobrius et castus, cuncta bonitate decorus.

De peregrinatione sancti Cassiani.

His etenim saeptus sociis cursusque ministris
300 Inclitus antistes dominique exsul luculentus
Coepit iter gaudens et amore dei proficiscens,
Linquens Aegyptum, petiturus rus Aeduorum.
Mox urbis legio digressu mota supremo
Prosequitur lugens, actus patris reminiscens.
305 Plorabant una dicentes voce sonora:
'Cognatas urbes quondam populosque fideles
Fulcibas donis et alebas, vir pietatis.
Pro dolor! ecce relinquis eos, pretiose sacerdos.
Quo tua sancta fides nobis iam credita callet?
310 Externos properas, nobis praeesse refutas.

---

285 C 'Presbiteros' C 'didimum' F 'Didimum' 286 F clueutes' 287 F *'aequos'* 288 F *'Arcades'* 289 F *'item proferre'* in margine *'valentes'* 292 C 'cordis' per compendium scriptum 293 F *'Sichas, Amon'* C *'cronesque'* (?) 294 C *'nathaneum'* F *'Nathaneum'* C 'conexerat' 299 C 'septus' F *'septem'* 300 F 'inclytus' C 'exul' 302 C 'rus eduorum' F 'Rus Eduorum' in margine: hinc patet auctorem huius vitae Gallum esse. Sicut enim Galli lingua sua vernacula urbem Villam dicunt, sic ipse latine reddidit Rus. 308 F 'proh'

Cui nos commendas, Aegypti mystica lampas?
Cui famulos tradis? Cui urbis saepta relinquis?
Cur abicis clerum? Fugiens cur deseris istum?
Oramus, plebi miserans succurre gementi.'
315 Centuplicant gemitus: reboat Saronia tellus,
Increpitant montes, dissultant undique colles;
It stridor fratrum caelo fletusque querentum.
Tum pater evictus lacrimis ita fatur obortis:
'Pellite iam fletus, removete a pectore questus.
320 Semper amor vestri et nomen laudesque manebunt
Nec unquam vestri prorsus meminisse pigebit,
Dum caelum stellas, pecudes dum terra tenebit.
Vivite felices, filii, peto, vivite Christo.
Macta salus, bonitas, pax et concordia perpes
325 Vobiscum maneant vitae adque palatia ducant.
His autem dictis demulcet corda dolentum.

Benedictio sancti Cassiani super populum.

Inde manus caelis tendens et labra patescens
Illos altithrono commendat taliter orans:
'Tu, deus, aetherei perpes regnator Olympi,
330 Qui caelum, terras, pontum ditione gubernas,
Qui regis Israel cum nato, flamine sancto,
Qui reges et regna domas sternisque superbos,
Sublimas humiles, deponis ab arce potentes,
Spes hominum cernens et vota precantia complens:
335 Hos, exposco, tuos, supplex, clementer alumnos
Conspice, clarifica, condi, compone, corona,

311 C '*misca*' F '*misea*' in margine 'mystica' 312 CF 'septa' 314 F 'sucurre' 317 F '*Et* stridor' 'coelo' 318 F 'lacrymis' C 'abortis' o superscr. 320 C '*manebant*' F idem, sed in margine 'manebunt' 321 C 'umquam' 322 F 'coelum' 323 C 'uiuite — uiuitae' 325 C 'Uobis cum' '*atque*' F in margine 'adque' 327 F 'coelis' 328 C '*altitro*' h inter r et o superscr. F 'altithro' in margine 'altithrono' 329 C 'etherei' 'olimphi' 330 F 'coelum' 331 C 'israhel' F '*nato et*' 334 C 'praecantia'

Mores illustra, vitam rumore fecunda,
Actus custodi, sensus, rex inclite, nutri,
Donec te videant ac vitae praemia prendant
10 Te praestante, deus, qui semper trinus et unus
In triplici virtute tui benedictus haberis.
Fantur: 'Amen' cuncti tundentes pectora pugnis.
Tunc pastor pacis porrexerat oscula cunctis.

De profectione ipsius.

His ita dimissis statim vestigia torsit.
45 Sol Martis supremus Eo rorabat Aprilis
Exortum madidos quatiens ex aere nimbos,
Cum vates domini gaudens coepit proficisci
Stipatus sociis supero sermone relatis.
Ergo iter electum celebrantes calle secundo
50 Idola cassabat, sculptilia comminuebat,
Narrabat plebi mysteria regis Olympi,
Qualiter omnipotens unum sine tempore verbum
Quae de se genuit per quod sunt omnia fecit.
Spiritus adnectit procedat qualiter almus
55 Personis ex ambabus deitate coaequus.
Has tres personas unam dissertat usiam
Nomine distinctam sed maiestate iugatam. f. 75v
Hoc etiam, verbum carnis ceu sumpserit ortum,
Edocet in populis reserans arcana tonantis;
60 Pegma crucis subiisse, hinc infernum spoliasse.
Hoc ait in vicis, hoc urbibus hocque plateis
Israelita cluens, Saronis opaca paciscens.
Haud metuit sicam, quam nitebatur acutam
Nancisci, si conferret miseratio Christi.

337 C 'foecunda' o deletum 338 F 'inclyte' 342 C '*tondentes*' 345 C 'suppremus' CF '*eo*' 348 C 'sotiis' 351 C 'olimphi' 352 F 'sne' 354 C 'adnectat' i superscr. F '*adnectat*' 355 F 'coequus' 356 C 'usyam' 357 C 'magestate' F 'majestate' 358 F 'sumserit' 359 C 'resonans' in 'reserans' correctum 'archana' 362 C 'Israhelita' 363 C 'haut'

De adventu eius ad Massiliam urbem.

365 Talibus a gestis exceptus miles herilis
Post octogenis centum tribus atque diebus
Actis externis, ferme sex mensibus hoc est,
Massiliam ducente deo citus appulit urbem
Erutus insidiis paganorumque sagittis.
370 Nam statio curvis illic bene fida carinis
Aequora verrentes recipit ripaeque remittit,
Unde Africae portus digno sermone cietur.
Inde dei famulus per tot discrimina vectus
Classem digrediens urbisque ad moenia tendens
375 Intonuit turmis alti magnalia patris,
Quae didicit cunis sollers vehementer ab ipsis.

Ubi divinitus iubetur ire ulterius.

Sed quoniam portum dimenso tramite mundum
Finit, ulterius mandatur abire beatus.
Nec nutat iussis, quae dirigit auctor ab astris:
380 Corripuit callem Gallorum rura meantem.
Callendo radiis flagrabat abunde coruscis
Ceu iubar ignivomum croceo fulgore venustum,
Cum sedet in bigis exstinguens sidera flammis.

De adventu ipsius ad Aeduae urbem.

Ut vero sacris tetigit magalia plantis
385 Ardua Francigenum, quae dicitur urbs Aeduorum,
Expetiit glebam multa legione refertam,
Testis ubi ingressus delubrum Symphoriani
Poplitibus flexis domini praesidia poscit.
Illo Simplicius sub tempore pontificatus
390 Servabat sceptrum redimitus lampade morum. 2
Altius eloquerer, verum sententia longa

'masiliam' — 366 C 'octo genis' 367 C '*hoc est fer me bi mensibus*' 378 C 'interius' in 'ulterius' emendatum 383 CF 'extinguens' C 'sydera' — C 'eduae' F 'Eduae' — 385 C 'eduorum' F 'Eduorum' 389 C 'sup'

Sermonis; sed summa sequar fastigia tantum.
Quidam Riticius, rerum probitate peritus,
Coniuge decessa civium cogente caterva
95 Admisit regimen dominatus ac moderamen;
Vixit, uti decuit, demumque in pace quievit.
Qui latus feretro, coniunx ubi functa iacebat, —
Eloquar an sileam visum mirabile dictu? —
Os patuit, flatum sumpsit, haec verba profudit:
00 'Excipe, sancta soror, quem non petulantia foedum
Effecit, sed virginitas aeterna beavit.
Sic olim — meminisse decet — moriens petiisti.'
His dictis una glomerantur virginis ossa
Dantque locum fratri id mirabiliter rogitanti.
05 Sic ambos unum pariter texit polyandrum.
Hunc Hegemonius post accessit speculatus
Ad columen; post tertius hunc Simplicius urbis
Exstitit antistes, epularum emblemate dives.
Cui pietatis opus necnon castissima coniunx;
10 Unde simul recubant, iugiter divina frequentant:
Hic litat, illa orat, hic praedicat, illa ministrat.
Quocirca vulgo fertur frendente protervo.
Astrinxit prunas birro castissima virgo,
Quasque sacerdoti socio dedit ordine ferri,
15 Sinceros prunae urentes ambos patuere.
Castus amor flammas nunquam trepidare probatur.
En rogus in stipulis admittit ius deitatis:
Vim perdit, natura suam conservat inusta.
Sic fornax pueros dudum non torruit almos.
20 Hic dictam cautis urbem moderabat habenis,
Nomine Simplicius de simplicitate probatus,
Vir caelebs, meritis adeo memorandus iniquis.

---

394 C '*ciuum*' 399 F 'sumsit' 400 C '*quae*' 402 C 'olym' 403 C '*ima*' 405 CF 'poliandrum' 406 C 'egemonius' F 'Egemonius' 407 C 'tercius' 408 C 'Extitit' 409 CF 'nec non' 412 F 'Quo circa' C '*feritur*' 413 F 'Adstrinxit *primas*' CF 'byrro' 415 F in margine 'patefecere' 416 C 'numquam' 422 F 'coelebs'

Unde suis urbem precibus quantisper eandem
Sedabat Cybelae matris carpenta deorum
425 In terra elidens meritis iterumque resolvens.
Omnibus ad Christum conversis hisque relictis
Idola cassavit, populum baptismate sanxit.
Haec quoque Gregorius Turonorum dux luculentus.

Ubi sanctus Simplicius beato Cassiano occurrit.

Talia dum fierent, vastam volitando per urbem
430 Nuntia fama ruit huiusque allabitur aures
Niliacis venisse patrem de partibus almum,
Qui speculatorias apte moderabat habenas
Atque Minervali vernabat famine comptus.
Hoc supra gratulans dominum benedicit adorans,
435 Qui misit comitem tanto rumore micantem.
Obviat hinc socio gavisus ab hospite sacro,
Oscula libarunt mutuo, post tecta adierunt.
Hinc hilares ambo regi sollemnia Christo
Proni turificant longisque precatibus instant.
440 Tripudiant ambo sublimes pignere duplo:
Simplicius comitem passim venerando recentem
Exsiliens astat, servit, famulando ministrat;
At Cassianus, mitis domini peregrinus,
Christo tripudiat, supplex impensa receptat.
445 Iucundum plane fratres unum habitare:
Id citharista canens David rex praecipit ingens.
Orabant ambo perfusi nectare bono,
Sancibant pariter Christum poscendo verenter.

De eo, quod sanctus Cassianus Britanniam voluit ire.

Has inter pietatis opes pia victima Christi
450 Antistes Cassianus, felix peregrinus,

423 C 'quantis per' 424 C 'cibelae' F '*Cibele*' 427 C 'sanxit' F '*lavit*' in margine: secunda manu 'sanxit' 430 CF 'nuncia' 433 F 'comtus' 436 C 'hinc' ex 'hunc' emendatum 438 F 'solemnia' 439 F 'thurificant' 442 C 'exiliens' F 'adstat' 445 F 'Iocundum' 448 F '*verentur*' — C 'Brittanniam' — 449 F '*deitatis*'

Optatum sitiens adeo certamen inire
Prodit pontifici se Britanniam proficisci
Velle, tenebatur quae tunc errore profano.
Quod postquam vates sic est effatus amico,
455 Obstupuit dictis gelidusque per ima cucurrit
Ossa tremor steteruntque comae et vox faucibus haesit.
Dehinc vires revocans auram mentisque receptans:
'Ah! frater dulcis, quis haec tibi ferre suasit?
Cur senio fessum moliris linquere solum?
460 Mene fugis? Per ego has lacrimas vitamque clientis,
Per superos et si qua fides tellure sub ista est: 2 col.
Neu, testor, vetulum linquas occumbere solum.
Si bene quid merui de te fuit aut tibi quidquam
Dulce meum, miseresce senis labentis et istam,
465 Obsecro, si quis adhuc precibus locus, exue mentem.
Sensibus hoc imis — res est non parva — reponas:
Huius tu vates urbis vocitaberis olim
Atque sacerdotio post me fungeris in isto.'
Sic quoque Simplicius. Contra sic vir generosus
470 Infit: 'Te nunquam, frater dilecte, negabo
Promeritum nec tis meminisse pigebit in aevum,
Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.
Id tamen haud animo duxi nec ad hoc quoque veni,
Quo solium hoc subeam, proprium qui sponte reliqui.'
475 Ad haec Simplicius tristis, speculator opimus,
Humectat nitidas largo de flumine malas.
Tum lacrimis motus heros sic infit adorsus:
'Ne, quaeso, fleris, frater magnae pietatis.
Actutum patior, quem vis perferre laborem.'
480 Taliter evicit, patris quem dextera sanxit
Rursus pastorem post Simplicii requietem.

---

451 **C** 'siciens' 452 **C** 'brittanniam' 454 **CF** '*affatus*' 456 **C** '*steterantque*' 460 **F** 'Me ne' 'lacrymas' 461 **F** 'siqua' 463 **C** 'quicquam' 468 fortasse scribendum '*ista*' 470 **C** 'numquam' 471 **C** 'Pro meritum' **CF** '*nectis*' 473 **C** 'haut' **F** in margine 'haud' 475 **C** 'symplicius' 477 **F** 'lacrymis' **C** 'adhorsus' 478 **C** '*magne*' 481 **F** '*Rursum*'

Vinciris precibus, vinciris, maxime praesul,
Te caritas taenis connexat strictius artis.

De obitu beati Simplicii episcopi et confessoris.

Dum ternos, una degunt, mortalibus annos
485 Puniceis invectus equis metitur Apollo.
Postea Simplicius moriens speculator honorus
Ultima mundanae clausit spiramina vitae
Solibus Iulias bis quatuor ante Kalendas.
Cuius stelligeris perlatum pneuma choreis,
490 Donatum serto necnon celebri emolumento
Exsultat, vivit, splendet, laudat, hilarescit.
Cumque forent artus frustrati munere flatus,
Hospes mausoleo corpus condivit honesto
Tura precum domino sacrans pro compare tanto.

De electione sancti Cassiani et abnegatione eius.

495 Confestim viduus decessu principis huius f. 76v
Grex Augustodunensum coepere beatum
Quaesere pontificem, scandat quo sedis honorem.
Denegat omnimodis nec se vult tradere curis
Haud taesum horrens, sed vires afore promens.
500 Adventus causam cunctis edicit apertam,
Qualiter omisit, quod dudum haud ultro recepit.
Compellunt illi, defenditur ipse viritim;
Hi precibus pugnant, ille excusatibus obstat.
Quaeritur hinc alius, qui sit bonitate coaequus;
505 Scrutatur clerus nec quis nanciscitur aptus,
Qui regimen capiat vel oves ad pascua ducat.

---

482 C 'presul' 483 CF 'tenis' C 'conexat' F in margine '*connectat*' 487 C 'mundane' 488 F '*Iulii*' 490 F 'nec non' CF '*emulento*' 491 C 'Exultat' C 'hylarescit' 494 CF 'thura' 496 C 'augustudunensum' F 'Augustudunensum' F 'caepere' 497 F '*Quaerere*' 499 C 'Haut' in 'Haud' mutatum CF '*tesum*' '*virens*' F in margine 'vires' CF 'abfore' 500 C '*edicis*' 503 C 'excussatibus'

Verterat interea solitis discursibus annus
Mensibus explicitis sua per vestigia volvens:
Rursus ad egregium unanimes repedant peregrinum
10 Adhaerentque preces precibus, quo pontificatus
Suggestum exciperet, qui tanta mole cluebat.
Iustitio allicitur lacrimis adeoque gravatur.
Sic quoque Simplicium memorant dixisse beatum;
Sic vivens voluit moriens illudque suasit.
15 Evictus lacrimis caelebs precibusque benignus
Vocibus arrisit, speculandi frena recepit.
Hoc deus instituit, populus hoc ipse coegit.
Arbitrium Christi, non est ambitio facti,
Non votum sancti, verum violentia vulgi.
20 Post Petrus Ausonios, rexit prius Antiochenos.
Hic nutu domini petiit caput orbis iniqui,
Non gazas dapium, sed quaerens lucrum animarum;
Iste deo plenus lictoris quaesiit ictus,
Non opulenta sequens, sed Christi verba perimplens.
25 Ei prorsus libram praetendere condecet istam,
Omnia qui iusto semper moderamine pensat.

De eo, quod sanctus Cassianus episcopatum recepit.

In suggestu ergo pastor suffectus enormis
Sicut eques notas comiter moderabat habenas.
Rhetores archidici depromant syrmate dulci, 2 col
30 Quae virtus illi fuerit, quae copia fandi.
Sic natos domino stabilibat flamine sancto
Cedere nolentes eiusque profunda stupentes,
Mulcebat dictis reserans mysteria miris.
Alter erat Paulus typicans oracula rebus;

---

509 C 'aegregium' 510 F in margine 'adjunguntque' 512 CF 'Insticio' F 'lacrymis' 515 C '*Euinctus lacris*' F in margine 'Evictus lacrymis' F 'coelebs' 521 C 'capud' 525 F '*Et*' 526 F '*semper justo*' — F omisit '*sanctus*' — 527 F '*suggesta*' 529 C 'Rethores' 532 F '*volentes*' 533 C 'misteria' 534 C 'tipicans'

535 Imbeciles verbo vegetabat robore prisco.
Cur morulas faciam raptans per singula pennam?
Debile quidquid erat, solo sermone levabat
Purgans vexatas omni de peste catervas.
Plenus nempe dei renitebat phosphorus orbi;
540 Pastor erat vigilans, domini commercia lucrans.

De obitu eius.

Tantus adultus ⟨erat⟩ Christi memorabilis exsul:
Erexit cathedram Iesu opitulante subactam
Bis annis pariter lectis ex ordine denis.
Tum divos adiens, terras ⟨iam⟩ morte paciscens
545 Exsilio sacram decurso tramite metam,
Sextiles Nonas perhibent dum calculatores,
Imposuit rutila donatus in arce corona.
Contio quem instans lacrimosa voce frequentans
Occuluit tumulo speciosum corpus honesto.
550 Ast callis comites magno ductore carentes
Grammatibusque cati vitam scripsisse magistri
Optime conspicui texentes gesta patroni.

De cruce in eius tumulo caelitus facta.

Num saliam scriptis, quod finxit doxa tonantis?
Fistula raucificis eructuet haec, peto, metris.
555 Prodere glorificum, nimis est reticere pavendum.
Felix caelitibus postquam fuerat comitatus
Saxo candenti mandatis artubus eius,
Insculpsit labarum roseo fulgore decussum,
Per quod Christicolis reserantur limina cunctis

---

535 **C** '*Imbecilles*' sed metri ratio 'imbeciles' cum Fontanino scribere cogit 536 **CF** '*reptans*' [an '*reptans — penna*' ?] 537 **CF** 'quicquid' 539 **CF** '*sosphorus*' 541 '*erat*' vel simile aliquid metri causa inserendum videtur **C** 'exul' 544 **C** '*adiens terras morte*' **F** '*adiens et terras morte*' 545 **C** 'exilio' 548 **CF** 'concio' **C** '*iustans*' **F** 'lacrymosa' 552 **F** '*tenentes*' — **F** 'coelitus' **C** '*facto*' **F** in margine 'facta' — 553 **F** in margine '*δόξα*' 556 **F** 'coelitibus'

560 Caelestis regni post huius tempora cosmi.
Quid duo nectuntur? Res hic arcana probatur;
Candor enim lapidis splendorem corporis albi,
Praeclue stemma crucis roseo fulgore rubentis

. . . .

560 **F** 'Coelestis' **F** in margine 'κόσμου' 561 **C** 'archana' 563 **C** 'Preclue' **CF** 'stema'

VII.

PASSIO S. ARNULFI.

Praefatio in passionem sancti Arnulfi. f. 1

Sublimes actus et quae certamina gessit
Magnificus miles bellantia tela capessens
Arnulfus contra rabiem mundi duce Christo
Fratrum compulsus cano metri lege rogatu.

Oratio.

5 Sancte, mihi dicta, referam quid, spiritus, aptum.
Te datur humanis auctore scientia rerum
Sensibus; est enim fons vitae saepe apud te,
Pocula quo capiunt, qui te vehementius ardent,
Inque tuo lumen hauritur lumine lucens,
10 Quo pulsa videant acies caligine mentis,
Ardua subtilis vestigia scandere callis.
Insulso concede mihi, quae nescio, scire
Thesauroque tuo quiddam sentire soluto
Eloquiique gravis moderato examine fari,
15 Unde bonus sibi grata legens, quaecunque videbit,
Ferveat auditor, qui saecula cuncta potenti
Iure regis cum patre, deus, genitoque per aevum.

Narratio.

Ecclesiae matris dī pullulet inclita proles
Et pia progenies consurgat in agmina crescens.

---

2 'capescens' 5 '*dictare feram*' 8 '*cupiunt*' 16 'seoula'
18 'Ecclesiae' per compendium scriptum iu rasura

20 Iam Christo domino reges satrapumque phalanges f. 1
Subduntur domiti cervices et fera colla;
Omnia ferme soli certant servire tonanti;
Regna sueta sibi linquunt mala, denique quidquid
Utile repperiant, id secum stringere curant.

Laus Francorum.

25 Tandem continuis armorum exercita curis
Francia bellipotens, quae nescia vertere terga,
Quin potius hostes audacter docta ferire,
Victrici dextra referens famosa tropaea
Proterit adversas sibi subdens undique gentes,
30 Convolat ad fidei comperto tramite lumen
Ordine sat pulchro, cum rex Chlodoveus et omnis
Pugnantum cuneus praecelsi praesulis ingens
Remigii verbis succensi pectora flammis
Divinis optant in sacro fonte piari.

Exsecutio conceptae fidei.

35 Gratia caelestis iam per sua vasa redundans
Quaeque suo loca magnifico spargebat odore,
Interius moti cuius spiramine multi
Horrent confusi vitae monimenta prioris
Erroresque cadunt et fana relicta fugantur;
40 Luminis adventus nam semper decutit umbras.
Tunc nova progenies nasci, speciosa propago, f. 2
Cernitur innumeris et crescere turba fidelis
Virtutum signis. Manus hoc agit omnipotentis,
Haec est excelsi dextrae mutatio regis,
45 Scilicet ut roseo vernent ornata decore
Arva diu tribulos et sentes ferre sueta.

Quod pater et mater baptizati sint a sancto Remigio.

Utpote vir quidam, Quiriacus onomate notus,
Sublimi clarus Gallorum stirpe creatus,

---

23 'quicquid' 28 'tropoea' — 'Executio' — 35 'celestis'
36 'sua' o superscr.

Clarior at, puro fidei dum fervet amore, —
50 Fonte sacro tinctum pellem mutare videres
Aethiopem velut ac florem de vepribus ortum —
Gentilis populi, quem nomine Rogatianum
Rite novo resonare placet deitatis amicum.
At coniunx eius simili ratione renata,
55 Egregii generis mulier, quam Roma superbo
Sanguine progenuit, quae Quintiana priori
Nomine dicta fuit, melior sed origo vocavit
Euphrasiam, quia lingua bonis fruitura loquelis
Illius Christum dominum iam laeta fatetur.
60 Quos sanctus praesul refovens supra memoratus
Abluit in sacris hilares baptismatis undis.

Ubi pro eo, quod essent steriles, votum fecerunt.

Prolis adhuc steriles fundebant vota precantes
Ante pium vultum pastoris, quo prece multa
Flecteret altithronum, qui mox valet id dare, quod vult.
65 In quibus impatiens amor aestuat ille quietis,
Et dum tantus eos nimiis adfectibus urat,
Praedia pro voto, quae Reiteste cientur,
Caro viro sancto semper traduntur habenda.

Ubi sanctus Remigius petitionem eorum suscepit.

Ast ubi vir domini rem comperit, impiger olli
70 Quaerit apud dominum totis optata medullis,
Quae cito promeruit donari caelitus illis.
Angelus hoc visu mox nuntiat esse futurum.
Denique laetificat suboles concepta parentum
Viscera, quin potius felix dum funderet alvus
75 Optatum puerum iusti quandoque tenacem.
O quisquam referat facunde, gloria quaenam

53 'ditatis' 58 'Eufrasiam' 63 'praece' 66 'tantus' secunda manu superscr. 'amor' 'affectibus' 67 '*rei teste*' 69 'olli' sec. m. superscr. 'tunc' 73 'soboles' 75 'iusti quandoque' sec. m. superscr. 'iustitiae' et 'futuri tempora'

Sustulerit mentes divinae legis amantes,
Cultores Christi quae gaudia sollicitarint,
Huius natalis patulas cum tangeret aures?
80 O fortunatos, quis sufficientia plena
E caelo dilapsa venit! Non tempora gestant
Istius hanc vitae, verum sua munera Christus
Dat quandoque suis etiam contraria iuri
Naturae, quae quisque manet compacta creatis. f. 3r
85 Ergo dei nomen laudabile praedicet omnis
Spiritus obsequii persolvens munia puri,
Qui, quod vult, faciens, cunctorum conditor, omne
Cum propriis rerum passim dominatur habenis,
Culmina iure tenens caelorum, sed tamen idem
90 Infima non abicit, miseras non calce querelas
Reprobat aut surdam durat crudeliter aurem.
Pax, ut odoratur miseros, clementia fundit
Larga dapes nimiaeque sinus aperit pietatis
Pro modulo causae, quae concitat anxia quemque.
95 Qui pote, rex aeterne, tibi sollemniter impos
Ut homo virtutis labiorum pondera reddat,
Quae placeant, et vota simul distincta decenter?
Ni te dante sibi nil percipit utilitatis.
Omnibus impertis tua, fons et origo bonorum,
100 Quae gratis dantur humanis mentibus, ut sint
Conformes iusti iugiter verique capaces.
Aspice, — nam tibi cuncta patent et cognita fiunt —
Praebe signa viae, quae me non linquat inertem
Ire per abruptum, potius tutamine fultum
105 Pandat iter fidum sublatis undique fucis,
Qui via semper ades, Iesu, benedicte redemptor.
Hoc dixisse tuis olim reminiscor alumnis. f. 3v

---

79 'natalis' sec. m. superscr. 'nominis' 80 'quis' b superscr. 81 'celo' 82 'hanc' sec. m. superscr. 'sufficientiam' 85 '*dii*' 88 '*dominet*' supra litteram e nota minus clara exstat 89 'celorum non' 'non' deletum et 'sed' superscr. 92 'ut' sec. m. superscr. 'statim' 93 'nimieque' 95 'Quipote' 'sollempniter' 107 'alumpnis'

Nunc te propitio coeptum pertendere metri
Nitar opus. Si quid pueri fecere parentes
110 Prolis expertes, — tamen aetas apta manebat
Et natura simul servabat concipiendae
Spem subolis — primum dicatur et inde secundum
Cetera concurrant seriem, quae certa tenetur.
Iam dicto pactum concesso pignore firmant
115 Pontifici fantes: 'O, si prece tu dare posses,
Magne pater, dominum nimis exorando supernum
Thesaurum nobis ardenti corde cupitum:
Hunc offerre deo pariter disponimus ambo.'

De conceptione et nativitate sancti Arnulfi.

Tempora quod votum per congrua facta-sequuntur
120 Indulgente pio mox largitore bonorum.
Inde puer tantus genetricis ut exuit artus,

— Quod natus puer commendatus fuerit sancto Remigio nutriendus et erudiendus —

Remigii statim curae committitur almi.
Quem traxit manibus sacri de flumine fontis
Et vice patris eum studiose prendit alendum
125 Et vocat Arnulfum, quod nomen celsa propago
Romanae pubis quondam sublime ferebat,
A qua descendit consanguinitate gradatim.
Traditus uberibus nutricis lacte vivatur.

Qualiter studuit.

Interea coepit paulatim crescere membris
130 Corporis ad solidum spatio labente dierum,
Vivere quin potius vires animae, gravet etsi
Carnis onus mentem sensus et tundat acutos,

---

108 'ceptum' 109 'siquid' 112 'sobolis' 113 '*seriemq.*' 125 'alendum' deletum et in margine 'Arnulfum' ascriptum 'celsa propago' sec. m. 'illius' superscr. 129 'cepit' 131 '*et si*' 132 'et' sec. m. 'si' superscr.

Ac licet hoc dicant nonnulli, quod trahat ad se
Pectoris inclusas carnis corruptio vires.
35 Iste tamen Pauli vestigia rite beati
Sectatur, qui tunc sese plus posse fatetur,
Cum nimis atteritur graviusque per aspera fertur.
Omnia devincens supereminet impedimenta
Artibus incumbens apicum puerilibus annis,
40 In quibus haud modicum se exercuit ingeniosos
Exsuperans omnes etiam sibi consociatos.
Quapropter tenerae dum tempora currere vitae
Causa petat, nulli se commodat improbitati,
Sed canos modicis mores conformat in annis.
45 Tunc studiis coepit certatim fervere sanctis
Legibus incumbens divinis nocte dieque,
Quas eius sitiens ardebat parta voluntas.
Arboris ut lignum, quod nutrit cursus aquarum,
Poma suo tribuens in tempore mitia, pulchrum f. 4v
50 Constabit folium cui, semper prospera cedent:
Actibus in cunctis ita sese rite gerebat
Hic iuvenis, qui nomen erat bonitatis adeptus,
Innocuis manibus, mundo quoque pectoris antro,
Qui vanis animam propriam non contulit usquam,
55 Nec pia lingua dolos eius iactabat amicis.
Propter hoc ipsi dabitur benedictio Christi,
Et dominus Iesus plenum miserebitur illi,
Ut Samii bivios evaserit optime ramos
Liber et in dextris se strinxerit, ut frueretur
60 Maiore ingenio virtutum robore fixus.

Ubi sanctus Remigius commendavit eum Chlodoveo regi.

Sanctus Remigius baptizato Chlodoveo,
Regi magnifico bellantum Francigenarum,

---

133 'At' c superscr. 136 'qui' sec. m. 'Paul.' superscr. 137 in margine 'perfectius' 141 'Exuperans' '*et iam*' 145 'cepit' 147 '*Qua senis*' 149 'pulcrum' 157 'plenum' sec. m. 'usque ad mortem' superscr. 158 '*samubiuios*' 'obtime' 160 '*fixum*'

Quos simul unda sacri baptismatis abluit omnes,
In fidei commisit eum charismate, iunctis
165 Quem manibus rex excipiens tractabat honeste
Et magis atque magis gratum sibi strinxit amore
Scilicet in tantum, quod neptem valde venustam

— Ubi Chlodoveus rex tradit ei suam neptem in matrimonium —

Ille suam, proprio Scaribergam nomine dictam,
Traderet Arnulfo, cui pulchra vigebat imago,
170 Foedere coniugii. Docuit quos deinde beatus
Remigius, carnalis amor quid commereatur,
Quaeve pudicitiam servantibus aethere dona
Destinet omnipotens. Quibus auditis documentis
Votis se domino castis commendat uterque.
175 Crescit amor Christi posthac fervore pudico
Cordibus amborum validissime; namque vacare

— Quod monente sancto Remigio perpetuo continentiae vacarint —

Incipiunt sacre sollertem relligionem
Quaerentesque deum crebris singultibus atque
Pro risu lacrimas fundentes semper amaras
180 Pro nilo ducunt malum amplexando, suave
Quidquid amat mundus, quidquidve beatulus ambit,
Obsequioque iugi dominum secretius orant,
Cum foris ostendant speciem se ferre iugalem.
Clarescit factis, quidquid praecordia volvunt.
185 Quamvis scripta canant: 'Homo nunquam dividat illud,
Quod deus inprimis coniunxerat omnicreator,'
Ipse tamen si dissolvat, quis hoc reprehendat?
Corpora dissolvi non est, ⟨quod⟩ corda ligari.
Solus idem Christus dominus discernere novit.
190 Denique per visum monitus vir nobilis iste
Sic: 'Qui non spernit, quae possidet, omnia, nemo

164 'carismate' 170 'Federe' 178 'Querentesque' 180 'nilo' sec. m. 'chi' superscr. 181 'quicquid' 'quicquidve' 184 'quicquid' 188 '*quod*' [an '*nisi*'?] excidit

Discipulus valet esse meus,' sed et istud ab alto
Percepit: 'Si vis iugiter perfectus haberi,
Omnia vende volens et da miseratus egenis,
95 Quae tua sunt, et thesaurum super astra polorum
Possessurus eris. Mea post vestigia perge.'
Pontifici sponsam committit et omnia linquens
Carpit iter longum. Te primum visitat hospes,
Roma potens, quod te tollunt duo lumina mundi
00 In sublime, Petrus, pastor benefidus ovilis,
Et Paulus pariter, doctor mirabilis orbis.
Hinc, Constantinus quas condidit induperator,
Arces Ierusalem traxit te cura videndi,
Gaudia Christicolis, bone vir, loca digna sepulcri,
05 Qua iacuisse sacrum corpus domini dominorum
Nostra fides testatur. Ubi prostratus adoras
Aeternum regem tibi poscens dona salutis
Et multis inibi; prece nam praecordia fundis
Ante deum multa rogitans ibi longius, usque
10 Cogeret ad patriam caeli dilapsus ab axe,
Cum sperabas nam vitae hic percurrere metam,
Maturare viam reditus bonus angelus. Unde f. 6r
Festinus remeas Christo domino duce; verum
Bis denos annos et septem vertit Apollo
15 Ante, revertendi quam terminus ipse veniret.

De reversione sancti Arnulfi.

Hoc spatium vitae laicus transegerat exsul.
Ventum erat ad portum, qui fertur voce Ravenna,
Nobilis urbs et dives opum quae suscipit istum
Humanum tractans cum mellifluo famulatu.
20 Qua precibus dominum sibi quaerit propitiari;
Pervigil excubiis tunc primum namque dierum

193 '*suis*' 203 'hierusalem' 204 'sepulcri' inter c et r h superscr. 207 'bona' d superscr. 208 '*p̄ cenā p̄ cord…*' 210 'celi' 211 'Cum' prima littera avulsa 215 '*qt m…*' q et supra t lineae ductae 216 'exul' 220 'querit'

— Ravennam veniens mortuum suscitavit —

Increpitantem animam sentit de corpore lapsam,
Quam cruciabat atrox congressus daemoniorum.
Non tulit hoc motus, quin terruit horrida monstra
225 Extorquens illis animam, qua corporis antro
Reddita convaluit. Quae res in tempore parvo
Delituit, pro quo furtim discessit ab illis
Partibus hoc metuens, ne laude feratur inani.
Rursus ad eximium rediens per prospera patrem
230 Sedis Remensis taetrae caligine noctis
Ante diem pergens paucorum calle dierum

— Adventus eius ad Cellas, ubi alterum resuscitavit —

Expleto, sicut potuit, venit usque locellum f. 6'
Ad quendam, Cellas dictum, sub quo fluit amnis
Sequana, quum corpus iam cassum munere vitae
235 Funeris officio cupiebant tradere fossae
Illius fundi populus collectus ubique.
Quod procul ut visu perceperit, ilico cordis
Viscera motus humi genibus cum corpore fixis

— Oratio sancti Arnulfi —

'Tu, deus omnipotens, licet intueare reatu
240 Me multo pressum,' proclamat mentis ab imo,
'Cui potis est caelos et cuncta creata per orbem
Vertere mutatis in tempora cuncta figuris,
Tradere quaeque neci, quae vivunt, quaeque moventur,
Reddere rursus eis vitam: modo respice vultu
245 Praedulci, — mea non claudant mala sive retardent —
Qui pius es nimium propterque rogantibus et non
Vis peccatorem damnari morte rapaci,

---

223 'demoniorum' 224 '*Quintus ruit*' 230 '*Sed is* remensis ('remensus' fuisse videtur) tetre' 232 'potuit sicut' litteris b et a transpositionis significandae causa superpositis 233 'qua' o superscr. 234 'quum' per compendium scriptum, sec. m. 'ubi' superscr. 239 'Te' e in u correctum videtur 241 'celos' 245 'Predulci' 247 'dampnari'

Sed magis ut vitae conversus luce fruatur,
Vivificare volens omnes et salvificare
50 Scireque, vera tuo quae sint examine iusto.
Tu vitae donum tribuis viventibus et spes
Es tibi credentum atque salus aeterna tuorum.
Flecte mihi vultum, faciem mihi flecte benignam; f. 7r
Auribus hos immitte tuis, quos fundo precatus:
55 Redde suis membris animam surgatque cadaver
Hoc ⟨concede⟩ hominis, quod claudere viscera terrae
Caeca parant misere superis per saecla negandum.
Defunctum revoca; nil tempus vita moretur
Surgendi; cito fac, Iesu bone, quod peto supplex.

Ubi mortuus resurrexit.

60 Confestim videas feretrum — mirabile visu! —
Triste ministerium quantocius exsequiarum
Mutari; nam vir domini dum flebilis ista
Verba peroraret, signum mox cernitur ingens:
Mortuus exsurgit, luctus in gaudia vertit.
65 Quo facto vehemens stupor irruit omnibus haerens
Mentibus astantum percurrit et ossa videntum.
Sensibus hinc in se secreto calle reversis
Laetos se pariter referunt in tecta domorum
Laudantes dominum, quem laudant regna polorum.
70 Iste tamen, cui vita favet, recreatus abire
Non vult illorum esse novem consortia vitans,
Qui immemores benefactoris mercede carebunt,
Sed melius decimi, qui debita digna rependit,
Cuius qui fuerit vestigia corde secutus,
75 Eiusdem semper merito potietur honore. f. 7v

---

252 'Estibi' 254 'inmitte' 'tuos' i superscr. 256 '*Hoc* (sec. m. superscr. 'Istius') *hominis*' [an '*Istius hoc*'?] 257 'Ceca' '*miserae*' 'superis' sec. m. superscr. 'viventibus' 'secla' 261 'quantotius exequiarum' 264 'exurgit' 268 'Laetos' 'se' superscr. 269 'quaem' 272 'bene factoris' 'cf an '*carebant*'?

Nulla valent istum retinere negotia: cunctas
Dissipat ille moras et cursu praepete tendens

— Petitio resuscitati —

Arnulfi pedibus sancti prosternitur et sic
Flagitat: 'O dilecte pater, me percipe semper
280 Esse tibi famulum tecum remanere paratum,
Donec claudat iter comiti mors ultima vitae.
Urit amor talis me, multum decoquit aestus,
Ut tibi coniunctus non usquam dividar abs te.'
Posthaec Arnulfus hunc secum stare beatus
285 Praecipit atque suae cursum consumere vitae.
Causa mali non ulla dehinc divortia fecit
Inter nec fidei rupit discordia nexus,
Sed semper tenuit concordia foedera pacis.

De virtutibus beati viri.

Iam manifesta fides signorum per loca quaedam
290 Tollitur; invisum cognoscit plurima plebis
Contio perspiciens, quanti venerabilis iste
Sit vir apud dominum, pro quo tot signa refulgent.
Cuius nam precibus reparantur lumina caecis
Gressibus et claudi velocibus ire videntur,
295 Surdis et mutis redeunt sua munia prorsus
Et natura suis respondet plena locellis:
Diffugiunt morbi, cedunt inimica saluti.
Hanc, Arnulfe, tibi concessit ab aetheris axe
Signipotens virtutis opem tua gloria, Christus.
300 O fortunatum, qui Christi iussa sequetur,
Vere felicem, cui pleno copia cornu
Ridebit, dum reddat ei manus omnipotentis
Gaudia completi semper mansura laboris!
Talibus indiciis, ut dignum est, glorificaris
305 In servis, rex Christe, tuis nomenque fatentur

---

282 'dequoquit estus' 284 'Posthec' 288 'federa' 291 'concio' 293 'Chuius' 'cecis' 299 'Signi potens'

Signa tuum, quae rite facis per saecula regnans.
Deficit ex nimio calamus modo lassus hiatu:
Dormiat hic paulo, prorumpat ut altius idem.

EXPLICIT LIBER PRIMUS. INCIPIT SECUNDUS.
De reversione ad sanctum Remigium.

Praesul adhuc vivens Christi pascebat ovile
10 Remigius curis insistens, ne lupus intrans
Improbus insontis subvertat saepta peculi
Innocuo fauces et tingueret ora cruore,
Quem dolus et fraudes armant et mille nocendi
Congerit artifices simul et genus omne malorum.
15 Noverit id sanctus postquam, mora rumpitur omnis:
Arnulfus magno statim commotus amore f. 8v
Festinum sudabat iter. Quem caeca trahebat
Sic dulcedo patris faciem contingere visu
Instigans, cum longa diu disiungeret a se
320 Temporis hos mora. Quis haec gaudia norit amica
Ad plenum, quae sint, dicto scriptove referre,
Cum pariter miscent ulnas atque oscula cara?
Praemissis precibus tamen intima vota tonanti
Ecclesiae valvas intrans pius obtulit idem
325 Arnulfus, vir conspicuus, deitatis amator.
Interiora petens ubi se mactarat ad aram
Numinis excelsi: quam largos currere fletus
Aspiceres roseos per vultus et lacrimarum
Ubertim faciem perfundi fonte coruscam!
330 Qualis ubi pluviae per caeca silentia noctis
Imbriferum innumeras effundens aera guttas
Arva rigat cursumque minant per concava rivi;
At si forte redit, dum cesset defluus humor,
Suda dies rutilante polo, mortalia gaudent

306 'secula' — liber I. Incipit II — 309 'Presul' 311 'insontes' i superscr. 'subuertat septa peculi' in rasura 312 'tingueret' sec. m. superscr. 'ne' 315 'Noverit' nisi forte '*Noverat*' scribendum est 317 'quaem' 321 'que' 324 '*Feculae*' 325 'ditatis' 329 'choruscam' 332 '*perconeavr*

335 Pectora, laetitiae vulgo splendescit imago.
Talis erat habitus, cum membra levaret ab imo
Pulvere commixto passim fluviis oculorum.
Signa crucis post facta manu se visibus offert
Mirantum, cuius species pascebat opime f.
340 Obtutus; nam dulcis erat gratusque popello,
Qui circum ingenti steterat succensus amore.

De susceptione eius.

Ecce pater pastorque pius clerique caterva,
Hospitis adventum tanti cum fama referret
Auribus arrectis mentes avidasque moveret,
345 Ocius assistunt. Quos concitat intimus ardor
Visendi, quem suscipiunt reverenter, adelphum.
Oscula porrectis configunt dulcia labris
Exterius; tamen interius pia viscera flagrant
Cordibus alterutrum complexis seque salutant.
350 Unde fit, ut mentes operum ratione nitescant.

De lectione.

Tunc primas animis, convivia dulcia, mensas
Admoti codices statuunt documenta ferentes
Divinae legis, quae perfovet esurientes
Datque dapes mirae dulcedinis, omne ciborum
355 Quae superant nectar, crateras necne ministrat
Exustis ardore sitis carnalia prorsus
Pocula vincentes animarum funditus aestum
Ad restinguendum suppletque suavis utrosque.
Pastor ovi dignus primum parat ista repertae
360 Pascua gratanter, quibus informata quiete f.
Vescitur optata nimirum, quam via valde

---

335 'letitiae' 336 'menbra' 338 'ofert' alterum f superscr. 346 '*revertentur*' prior littera t erasa, extrema syllaba per compendium scripta 'adelfum' 357 'vincentes' sec. m. superscr. 'crateras dico' 360 '*grutanter*' extrema syllaba per compendium scripta 'informata' sec. m. 'ovis' superscr. 361 'quam' sec. m. 'ovem' superscr.

Longa fatigarat et saepe abduxerat error.
Hinc, reor, impulsus coepit narrare beatus

— De collatione —

Arnulfus, quae dura tulit, quae prospera duxit
365 Pergens et rediens, humili sed ubique relatu.
Quis putet, ut tantum seducat gloria fallax
Ulla virum? Fugiat haec pestis noxia cunctos
Christicolas. Praesens aderat, qui rettulit, ille,
Quae sibi defuncto fuerant satis horrida visa

— Testis rei gestae loquitur —

370 'Accipe, magne pater,' dicens; 'nam vera revolvam.
Spiritus hos quondam vitalis liquerat artus
Ultima concludens praesentis lumina vitae
Undique constrictus. Quo tempore et multa timebam;
Namque duas coram cernebam stare cohortes:
375 Altera sed quarum niveo vestita decore
In dextris stabat dulcis satis atque suavis,
Aspectus cuius me solabatur amicus.
Altera pars vero me susceptura fremebat
Significans operum mihi reddere pensa meorum,
380 Sordida, deformis, caenosa, inculta, palustris.
Heu, quantus pavor arripuit — horresco fateri — f.
Hanc animam, quantusque tremor concussit anhelos
Spirantem flatus et pendula vita trahebat
Tristia de summo spiramina pectore visis
385 Luminibus torvis, quae contorquebat in iram
Turba ferox, inimica bonis et criminis ultrix!
Tandem iustitiae caelis examina pendent.
Hei mihi! cum trutinam versent mea facta sinistram,

362 'sepe' 363 'cepit' 364 'que dura' 365 'relatu' sec. m. superscr. 'cepit narrare' 366 '*se ducat*' 367 'hec' 368 'retulit' alterum t superscr. 375 '*muto*' 376 'adquǝ' t superscr. 380 'cenosa' 'palustris' litterae lus per compendium scriptae 384 'Tristitia' altera syllaba ti exstincta 385 'iniram' 387 '*chelis*' 388 'Ei'

Deferor in praedam, larvalibus obruor umbris.
390 Iam loca poenarum tristis peto, maesta pericla
Horrendum resonant, amens fio mentis et impos,
Utpote quem limus niger et deformis harundo
Cocyti palus et Styx atque inamabilis unda
Ac simul omne genus Erebi damnare parabant.
395 Quae tormenta videns oculorum flumina fundo.
Talia dum facerem pavidus, venit ocius ad me
Angelus e caelo, manibus qui traxit ab illis
Me referens et restituens his concite membris.
Istius Arnulfi prece gestum nempe fuisse
400 Contestor. Quod crede, pater, velut indico praesens.'

Ubi sanctus Remigius beatum Arnulfum adfatur.

Teste viro, qui iam fuerat sic ore locutus,
Percipit adflatum divino munere sanctum f. 10'
Arnulfum, quem dulcifluis adfatur adhortans
Eloquiis praesul: 'Fili dulcissime, primum
405 Mente humili semper te custodire memento,
Ut concessa tibi maneat nec deserat unquam
Gratia te Christi, qui sublevat inferiores
Ponit et erectos. Tecum timor omnipotentis;
Nam domini timor est radix et origo sophiae.
410 Quae tibi sunt concessa manu dominantis ubique,
Nocte dieque vide sollers, ne forte recedant
Teque dehinc doleas frustratum faenore tanto;
Quin potius tecum custodi cautius ipsa.
Quod faciens multum ditaberis et potiora
415 Repperies gaudens altaque in sede locatus.
Omnipotens quemquam rerum vult esse potentem,
Qui sibi sufficiens est paupertatis amator.

---

390 'penarum' 'mesta' 393 'Cociti' 'stix' 394 'herebi dampnare' 397 'celo' inter 'caelo' et 'qui' rasura exstat 'ab' deletum sec. m. superscr. 'manibus' 400 'credo' e superscr. — 'affatur' — 402 'afflatum' 403 'affatur' 409 'sophie' 410 'Que' 412 'foenore' 414 'fatiens' c superscr. 415 'locatus' sec. m. superscr. 'locandus' 416 'quenquam'

Cum cruce post illum celeres extende viator
Nudatus calles. Mundi quia mobilis huius
420 Transit, ut umbra fugax, frater, dignosce figuram,
Quidve valet, quod tam breve sit, statione carebit,
Labitur, elapsum rapide quod nemo reprendit,
Quidque recepturi sint pro sudore fideli
Mercedis Christi cultores necne maligni
425 Supplicii. Super omne cave, ne gloria facti f. 11
Istius tangat te, verum dicito supplex:
Non nobis sed, Christe, tibi tua gloria detur.'

Ubi exhibetur.

His dictis animum praesul solatus amici.

Ubi reficiuntur.

Interea domus obsequiis concussa modestis
430 Certat ovans ac sollicitat, quorum indiget usus.
Apponunt mensis alacres aptanda ministri;
Larga dapum manibus defertur copia plenis;
Crateras statuunt laeti vinumque coronant.
Potibus atque cibis accingunt ordine lecti:
435 Protinus indulget sibi quisque ex more coactus;
Fercula mandentum stomachos in robora tollunt.

Ubi adesse iubetur sacra virgo Scariberga.

Porro pontificis iussu Scariberga vocatur
Adfore convivis et victum sumere laetis.
Sacra, bonum cuius caelestis flamma coquebat
440 Propositum, sponsata viro, tamen integra, sancto,
Pulchra quidem facie, fidei mage pulchra nitore,
Ut rosa, cum zephyris spirantibus intepet aura
Verque rubens cogit pubescere germina terrae,
Egrediens nitido paret speciosa cubili
445 Mirantes oculos feriens radiante colore:

---

420 'dinosce' 434 'cybis' 438 'Affore' 'letis' 439 'celestis' 442 'zephiris' 444 'spetiosa'

Haec ita pulchrificis retinebat splendida factis
Sole rubens vero regalis et inclita virgo,
Quae iam virgineis flagrat compacta choreis
Aeterni regis thalamis fruitura serenis.
450 Denique corporibus recreatis reddere pergunt
Grates magnifico, tribuit qui cuncta, datori.

Quid egerint per refectionem.

Templa dei matris sed pastor adivit enormis
Mente petens ima sibi quaedam significari;
Nam secum curas animo trepidante movebat
455 Anxius, ut Christi iuga collo imponeret huius
Arnulfi. Cui scire datur divinitus olli
Officio dignum fore pro certo clericatus.
A precibus surgens ad se mox cogier urbem

— Vocatio populi —

Praecipit. Ut toti fit iussio nota Suburae
460 Et bibulas huiuscemodi vox verberat aures,
Curritur ex voto, Remis glomeratur in unum

— Verbum ad populum —

Auribus arrectis. Episcopus ore benignus
Tunc aperit causam, pro qua venere vocati.
'Est', inquit, 'hic Arnulfus, vir nobilis atque
465 Ingentis meriti, dignum quem caelica virtus
Indicat ordinibus fore sacris et clericatus
Officio fungi.' Plebs laudat et adnuit omnis.
Promovet ergo virum iam dictum doctor opimus
Ad decus ecclesiae sanctum sortemque beatorum
470 Egregiam tonsis apte barbaque capillis.
Exorcista dehinc factus tantummodo quis sit,

---

446 'Hec' 'pulcrificis' 448 'Que' 452 '*di*' 458 'praecibus' 459 'Precipit' 464 'inquid' d in t correctum 465 'quaem celica' 466 'sa et' 'sa' deletum et in margine 'sacris' ascriptum 467 'annuit'

In quodam facto patuit. Nam progredienti
Prosiliunt homines ⟨miseri⟩ duo, quos mala diris

— Duo energumeni curantur —

Daemonis artabat rabies fortissime vinclis;
75 Alter daemonibus quassatus membra duobus
Et tribus alter erat. Qui talia dum paterentur
Incuterentque minas circum populo venienti,
Aspiciens servus domini venerabilis inquit
Arnulfus: 'Quid, pestifer, hic in imagine Christi
80 Exagitas, daemon, rabidas, furibunde, sagittas?
Nonne tibi satis est stomachos invadere vanos
Gentilis populi latebras nec sufficit illic
Obscoenas, inculte, tibi foedare, malignis
Fraudibus, sed Christi mundatas sanguine plebes
85 Fauce cruentata moliris carpere mites?
Non tibi sic permittetur.' Tunc iussus abire
Evolat ut fumus fugit et procul ille tumultus f. 12v
Et dictum sequitur magnae medicina salutis.
Incolumes gaudent, qui saucia pectora dudum
90 Rumpebant huc atque illuc sine mente ruentes.
Id rogat abscondi penitus nec famine ferri;
Verum non latuit, velut illud, quod deus olim
Non diffamari praeceperat, et tamen illi
Curati excelsam tollunt per climata vocem.
95 In hunc namque modum benefecerat omnia Christus:
Reddidit auditum surdis mutisque loquelam.
Hi vero, qui per famulum sunt cunctipotentis

— Quid egerint curati —

Sanati, nequeunt tam grandia signa per amplum
Non fari spatium fama volitante locorum.

---

473 mutilus in codice exstat — '*inergumini*' — 474 'Demonis' 478 'inquid' t superscr. 480 'demon' 481 'sthomachos' 483 'Obscenas' 'fedare' 489 'Incolomes' 492 'velud' t superscr. 495 '*bene fecerat*'

500 Mirantur multi, laus crescit ubique creantis
Hoc signo audito; contendunt quaerere vulgus,
Qua rutilet lampas radio vibrante serena,

— Ubi innotuit —

Emittens operum iubar admirabile saeclis,
Scilicet Arnulfus taetris incommodus umbris,
505 Quem deus in sublime ferens lucere iubebat,
Iam quin ulterius lateat tam clara lucerna.
Fama volans agitat plebes atque arrigit aures,
Unde simul clamore petunt sibi propitiari f. 1

— Ubi pusillanimis fugam meditatur —

Hunc ⟨sanctum⟩. Quod valde timens exhorruit atque
510 Furtivam mox ille fugam meditatur et exsul
Vult fieri, ne temptetur deceptus amore
Laudis pomposae. Quod noscens protinus almus

— Ubi refovetur —

Remigius mandat sibi praesentarier illum
Ac revocans animum motus demulcet amicum
515 His verbis: 'Tibi non durum, carissime frater,
Quod te simplicitas quaerit populosa videre,
Nec trahat ista tuum res in contraria sensum.
Artius hinc solito precibus consuesce profundis
Spemque fidemque tuam Iesu committe tuendam,
520 Qui maiora dat ac quisquam deposcere certet.
Magnus enim dominus; numero non clauditur eius
Immanis virtus, quae dat quaerentibus, ut vult,
Agnoscitque suos inter condensa malorum
Agmina commixtos, et quid mercedis utrisque

---

503 '*iuabar*' 504 'tetris' 507 'agitan' n in t emendatum 'arrigat' i superscr. v. 509 uno pede brevior est 510 'exul' 514 'amicum' nisi scribere malis: '*amici*' vel '*animi*' pro 'animum' 515 '*ñ durum Rm̄e fr̄.*' 518 'p̄cibus' 'consuescere' extrema syllaba exstincta 522 'Immanis' linea subter ducta et 'sublimis' superscr. 'querentibus'

25 Pendeat ex merito. Te quamvis signa timore
Concutiant et sollicitet te ambitio nulla,
Hoc tamen advertas, quia dat haec omnicreator,
Qui dixit: "Lux vestra palam resplendeat orbe,
Ut videant homines et patrem pectore vestrum — f. 13v
30 Glorificent toto, qui caeli possidet arces."

— Ubi animus aequior factus in dei servitio exercetur —

Iure deo semper reddatur gloria soli
Illaesis nobis labatur et aura favoris.'
His dictis animus premitur mentisque procella
Mansuescit, tamquam videas post nubila caelum
35 Luce micans, dum ducat equos iucundus Apollo.
Posthaec pungit amor quem saepius ille beatum
Ore virum terimus, carnis qui cuncta trucidat
Incentiva bonus. Hinc corporis usibus obstat
Gymnasium sudans et forti lite palaestram
40 Corripiens parte ex omni impugnantia sternit;
Cursibus ad bravium tendens non quippe paratum
Fertur in incertum pugnans nec aera torquet;
Sed sibi praedurus castigat corporis artus
Ieiunos et pervigiles atque extenuatos
45 Mancipat altithrono supplex et praetulit omnem
Divini cultus fascem portare suavem.
Continuis ideo se noctibus atque diebus
Mortificat laetus, vivens ut hostia fiat
Sancta deoque placens plenumque suum rationis
50 Obsequium faciens. Lacrimarum quippe lavatus — f. 14r

---

525 '*quā si*' 'vi' superscr. '*signato more*' to in ti emendatum 526 'ambitio' linea conspicuum factum; in margine 'cupido' ascriptum 527 'hec' 530 'celi' — '*anim aequior*' an magis placet 'animo'? 532 '*Ille sis*' 'ora' deletum et 'aura' superscr. 533 'prae mitur' per compendium scriptum 534 'tanquam' 'celum' 535 'iocundus' 536 'Posthec' 'sepius' 538 'In centiva' 539 'palestram' 541 'quippa' e superscr. 545 'altitrono' 'ptulit' cum utroque et pro et prae vocum compendio

Fontibus irriguis sancti memor esse prophetae
Dictorum coepit: 'Modo qui purgata fideli
Semina committunt ruri lacrimis madefacti,
Magna metent hilares venturo gaudia saeclo,'
555 Et quali luctu populus captivus agebat
Israel exsilium Babylonis flumina maestum
Flensque sedensque super, memorat dum prospera Sion,
Organa cum salices illic suspensa tenerent,
Cantica ne domini mulcerent dulcia mentes
560 Rure peregrino. Quod crebrius ipse volutans
Et bene pertractans, haec quid sibi littera claudat,
Se contemplatur patriis et dulcibus arvis
Longius avulsum miseras hic flere querelas
Alteriusque loci civem terraeque colonum,
565 Gaudia quae semper praebent habitantibus in se.
Non sibi, dum mundo blanditur mobilis aura,
Quaeque geri reputat, verum speculatio Sion,
Sion pacis habens magnaeque salutis asylum
Sollicitabat eum, cuius gerit ista figuram,
570 Quae caput a terris levat in sublime videndum.
Quantum terra polo, tantum est haec dispar ab illa,
Cuius rex Christus caput est et conditor ipse.
Parietibus texens rutilantibus undique gemmas f. 1
Fundat eam excelsus, quam se vidisse Iohannes
575 Intextam meminit pretiosis virgo lapillis
De caelo descendentem, cuius color aurum
Vestis erat. Quam tu sitiens vehementer amabas
Atque inhians illuc currebas mente sagaci,
Sancte pater, cuius hic nos amplectimur ossa,
580 Ad fontes pedibus velox ut cervus aquarum.
O sitis, o quid te referam, quae tendis ad undam

---

552 'cepit' 554 '*sancto*' per compendium scriptum (? cf. 595) 556 'exilium babilonis' 'mestum' 557 'syon' 561 'hec' 563 'ferre' 'pro flebat' superscr. in margine 'flere' 564 'tr̄eque' 567 'Queque' 'syon' 568 'Syon' 'asilum' 570 '*atris*' compendii nota supra t posita 571 'hec' 574 '*iehs*' virgula superimposita 576 'celo' 581 '*feram*' [an 'te ⟨*esse*⟩ feram'?]

Fontis inexhausti? Quem si praecordia gustent,
Fundet aquas vivas uterus, vel fiet in illo
Vivus aquae fons in vitam aeternam salientis.
585 Qui sitit, ad vocem domini veniat bibiturus:
Ille dat hunc laticem, qui sordibus intima purgat
Atque malos aestus exstinguit et esurientes
Pascit abundanter necnon sitientibus offert
Pocula plena nec ulterius permittet egere
590 Hos horum. Nos ergo citi properemus ad illam,
Quae cibus est et potus, aquam. Non haec argentum
Pro pretio extorquet: gratis datur omnibus aegris.

Quod iubente sancto Remigio venerit virgo.

At memorata super Scariberga iubetur adesse,
Ut pariter sensus renoventur in actibus almis,
595 Et custodita per saecula virginitate f. 15r
Divisi alterutrum cupiant compage ligari
Christo perpetua. Doctor mirabilis instat
Remigius: verbo subeunt monitoris utrique
Imperium posthac sanum servare volentes
600 Omnia iussa sibique ex voto denique complent.
Musa fatigato tabescit garrula cantu;
Indulgere modo sibi res petit, ut renovato
Prorumpat calamo coepto redimita cothurno.

EXPLICIT LIBER SECUNDUS. INCIPIT LIBER TERTIUS.
Ubi dividuntur abinvicem sanctus Arnulfus et sponsa eius.

Postquam sanctus amor hos nexuit atque seorsum
605 Divisit, — nam corda ligat, si corpora findat
Inter telluris quodam posito intervallo —
Accingunt operi divino fortiter ambo,
Quo sponsi thalamos adeant, cui sponsa cohaeret,

---

584 'eternam' 587 'estus extinguit' 588 '*habundant*' 'nec non' 591 'Que' 'hec' 592 'Prop̄ tio' 'egris' 595 '*prae sancta*' notae perperam in apographo nostro interpretatae videntur 600 'sibi q.' 603 'cepto' 'coturno' — 'lib. III' — 607 'Accingunt' sec. m. superscr. 'se' 608 'coheret'

Quae macula rugaque caret, qui rite vocatur
610 Sponsus ob hoc, quia tam pulchram iungit sibi sponsam.

Studium beati viri.

Iam vacat Arnulfus toto de corde beatus
Celsithrono tantum, veluti quem nulla tenebant
Pondera praesentis, verae sed gaudia vitae
Haerebant animo, sollers et militát omni
615 Nocte dieque suo regi, pro cuius amore
Omnia postponens istius prospera mundi
Exsulat et nudos humeros crucis aptat honori
Ipsam post Iesum semper portare paratus.

Ubi peregre proficiscitur.

Arripit ergo viam cupiens vitare perosa
620 Arva Cedar dulcesque situs carosque propinquos:
Remorum fines patriamque relinquit avitam,
Ut concivis caelicolum, non longius hospes
Advena vel iam factus erat, sed vernula Christi.
O sola Tolosae felicia, quae pretiosi
625 Busta Saturnini conservant martyris. Heros
Visitat haec primum fundens ibi plurima supplex
Tura precum. Posthaec Pictavem pergit ad urbem
Te, pater, o Hilari, prece concutiens ibi multa,

— Quae loca visitavit —

Turonis hinc, Martine, sibi te propitiari,
630 O pie, perquirens, miseris qui flecteris omni
Tempore non horum quemquam a te calce repellens.

609 'Que' 613 'p̄ sentis' 'vere' 614 'Herebant' 617 'Exulat' '*nudus*' 'honore' i superscr. 619 'Arripit iter' altera vox linea subter ducta exstincta videtur 622 'celicolum' 623 'Advena' et 'iam' verborum transpositio litteris b et a superimpositis indicatur 624 'tolose' 'p̄ tiosi' 625 '*sat' mm*' 'martiris' 626 'hec' 627 'p' hec' 628 '*Tepat*' 'hilari' supra priorem vocem ō scriptum et transpositio illius verbi cum 'concutiens' indicata est — 'Que'

Illis urbs frustrabatur pastore diebus;
Mors etenim subduxit eum tunc temporis atra.
Unde fit, ut simul ad tractanda negotia multi   f. 16r

— Quid sit actum Turonis —

35 Pontifices huiuscemodi glomerantur et omnes
Non animo coeunt uno: pars tendit eorum
Huc et pars illuc nec ⟨dissona⟩ dicta coaequant
Inter eos ullum consensum, donec adesse
Praecipitur plebs, cui ieiunia mox triduana
40 Indicunt. Quod divinum vultum bene placat;
Nam cum tertia lux radiat ieiuna diei,
Mature populus veniens nimis extenuatus
Intrat in ecclesiam domino sua vota daturus.
Cum quibus ingressus Christum rogat eius amicus,
45 Arnulfus, precibus; sanctam sed cum cruce frontem
Muniret tacitusque foras pax egrederetur, —
Praesentes nam se sperabat posse latere —
Angelus in medio dilapsus cardine summo

[Quum caelitus ostensum sit de futuro episcopo]

Concite restituit plebis mediaeque catervae
50 Rursus eum statuit, quem scibat honore futuro
Iam dignum. Cuncti poscebant omnipotentem,
Ut sibi pastorem miseratus cederet aptum,
Dumque aliquid super hoc spectarent desuper illi
Auxilium properare sibi gererentque labantes
55 Pontifices animos nec adhuc sententia certam
Ulla fidem faceret: quos astans angelus idem   f. 16v
Cum sancto Arnulfo verbis adfatur honestis:
'Quid vobis,' inquit, 'refert versare querelas

---

634 '*sit*' 635 'huiusce modi' 637 dactylus vel spondeus supplendus est 'coequant' 646 'pax' sec. m. superscr. 'statim' 647 'Presentes' — 'Quom celitus' hoc argumentum in margine ascriptum est — 649 'medieque caterve' 657 'adfatur' extrema syllaba per compendium scripta 658 'inquid' t superscr. 'refert' sec. m. superscr. 'prodest'

Vel differre moras de praesule constituendo?
660 Ante deum vestrae sonuere preces populique:
Hunc ideo per me, qui conspectu fruor eius,
Largitur vobis, quem iam nanciscitur aptum,
Et bene novit eum fore lucrandis animabus,
Arnulfus, licet ignotus, qui voce cietur.'
665 His dictis abiens caeli remearat ad aulam.
Tunc animos revocant, quos dudum cura tenebat
Anxia, pastores; in gaudia magna recedunt
Nubila tristitiae, sicut quandoque videtur
In facie caeli, solito quod clarius illud
670 Redditur, ut nubes fugiunt, quibus ante latebat.
Quando surgat hiems densissima turbine nigro
Involvatque polum, micat ignibus et tonat aether
Cingitur et tenebris tellus, densatur horizon;
Corda etiam formido virum diverberat ingens.
675 Ast ubi congeries atque impetus omnis aquarum
Ruptus adit terras humus et natat et bibit arcus,
Incipit hinc Aurora suum renovata cubile
Despiciens lucere magis, iubar adfore spondet
Iucundos oculos et pectora clara revelans. f. 1
680 Res ita gesta palam populo sermone notatur,
Unde alacres cuncti non hoc differre precantur.
Non valet ulterius domini manifesta voluntas
Tardari; propter quod clamant vocibus omnes:
'Hunc volumus patrem nobis dignum dominari.'

[Flexio beati Arnulfi a clero et populo facta].

685 Acceleratur opus, benedicitur atque sacratur
Ordinibus reliquis Arnulfus dignus et aptus
Iudicio tandem divino, quo statuente

---

660 'uestre' 665 'celi' 666 'tegebat' n superscr. 667 'tota' deletum et in margine '*magna*' ascriptum 668 'tristitie' 669 'celi' 671 'hiemps' 'densissimatur bine' 672 'ether' 673 'orizon' 675 'inpetus' 678 'affore' 679 'Iocundos' 683 'propterquod' — 'Flexio' hic titulus in margine ascriptus est

Voce velut domini 'Meus o,' dicentis, 'amice,
Altius ascendens coram residentibus esto
690 Laetior et nullo semper cariturus honore'
Tollitur a cunctis in sedem pontificatus
Maioris tamquam candela erecta parato
In candelabro purgans obscura domorum.
Qui prius indignum se testabatur honore
695 Hoc summo ingeminans neque fas neque iura favere
Ausibus his nec posse suis hoc viribus uti;
Sed coeptis illum superant communiter omnes.
Ast ubi suscepit regimen tam grande animarum,
Otia non illum per inania vita fatigat
700 Nec tempus vano cassum vertigine volvit:
Torpor discutitur, non serpere taedia suadet, f. 17
Immo gerens curam sibi commissi gregis atque
Pervigil incumbens studium sectatur Iacob

[Descriptio certaminis beati Arnulfi]

Ac se postposito subiectum curat ovile.
705 Supplet ob hoc fetura gregem sub fomite tanti
Pastoris, qui saepta ovium augmentata frequenter
Undique scrutatur, circumspicit atque tuetur,
Ne lupus aut morbus valeant subducere quidquam.
Plurima dona suis dominus largitur alumnis,
710 Quorum mirificos miratur terra triumphos,
Quos humana nequit facundia dicere cunctos,
Si linguas etiam centum ructare valeret.
O mihi si quandam tribuat dominus dominator
Ingenii venam, qua possim militis eius,
715 Arnulfi, quem nos colimus nimis hicce iacentem,
Partem operum memorare stili conamine. Clemens,
Quod minus est in me, pater, id prece perfice digna.
Nunc coeptum repetatur iter. Moris fuit eius,

690 'letior' 692 'tanquam' 697 'ceptis' 699 '*perinani*'
701 'tedia' — argumentum in margine scriptum — 706 'se
708 'quicquam' 718 'ceptum'

Ut matutinos primus praesente caterva
720 Inciperet cleri; sed crebro dum fieret hoc,
Accidit in quadam signum mirabile dictu
Nocte, videlicet ut faceret bene fidus id ipsum.
Ad cuius dictum cum coetus forte tenerent
Ora nec ullius vox aures icta feriret,
725 Angelicus chorus extemplo respondit ovanter
Particulam versus reliquam rursusque, secunda
Cum vice secretus caneret sibi, caelicus ordo
Adfuit et medius mox respondetur ab ipso
Versiculus quidam. Per quod cognovit adesse
730 De caelis Christi famulis solatia semper
Haec, quoniam sancti exsultabunt luce perenni
Inque suo laetabuntur sine fine cubili.
Saepius hinc secum coepit rimarier istud
Atque animum pulsant vitae monimenta prioris,
735 Quando quietus erat curarum mente remotis
Fluctibus atque suo factori rite vacabat.
Nunc quia multorum videt infortunia, tristis
Fluctuat atque suam tractat dimittere sedem;
Profuit interea cunctis, ubicunque valebat.
740 Bis quinos septemque dies complevit et annum
His studiis rexitque gregem per pascua pastor;
Post clam plebe fuga delabitur omnia linquens.
Inde viam carpens lustrabat regna locosque
Quam plures, ubi perspicuo corda arida verbi
745 Vomere vertebat hominum sulcosque fideles,
Qui facerent laetas suscepto semine fruges.
Actibus istis sex annos et quinque peregit.

Quid in Hispania gesserit.

Hispaniam versum posthaec deliberat ire,
Qua crudelis erat populus gentilis et excors,

---

723 'cetus' 725 'extimplo' 726 '*secundam*' per compendium scriptum 727 'celicus' 728 'Affuit' 730 'celis' 731 'Hec ∵ q̃m sc̃i exultabunt luce perhenni' 733 'Sepius' 'cepit' 734 'vite' 737 'in fortunia' — '*ar̄ hispaniā*' — 748 'posthec'

50 Absque iugo Christi, monuit quem lege salutis.
Sed pars ad fidei documentum praebuit aures,
Pars tenebris immersa suis incredula mansit.
Ast ubi perversos incepit radere mores
Illicitosque operum crepitans mordaciter usus,
55 Vera patent odiis linguisque trahuntur acutis,
Insurgunt stimuli, taedae conflantur in illum
Invidiae, miles domini vibice feritur
Non pauca; nam turba ferox circum ruit atque
Nisibus omnimodis molitur carpere tantum
60 Caede virum morti pro relligione paratum.
Verum cui secreta patent, differre volebat
Hoc adhuc, dum quippe foret multis animabus
Utilis aut, fornax velut aurum purgat in igne
Sordibus exustis, poena cruciante probandus.
65 Ad regem terrae comprensus ducitur insons.
⟨Quod fieri iussit⟩ comperto, quod probitatis
Esset vir magnae, ⟨fama volitante per urbem.⟩
Quem speculatus ait rex — nam vultus manifestat — f. 19r
Mentem —: 'Cuius es, o bone vir, dic, conditionis,
70 Vel cuius sectae?' Respondit denique pastor:
'Nobilis, omnipotens dominus meus est. Ego servus
Illius spretisque tuis, quae tu venerare,
Figmentis semper colo pronis vultibus ipsum.'
Rex ad haec ita reddit: 'Adhuc non talia prorsus
75 Auditu traxi neque sacra deum violare
Audebat quisquam retro nec fare secundus.

---

753 'per versos' 756 'tede' 760 'Cede' 764 '*Cordibus*' 'pena' 765 'terre' vv. 766—768 corrupti sunt; prior dimidia pars versus primi et tertii et altera versus secundi erasa est, ut reliquiae hae sint: '..... *perto quod probitatis Esset vir magnae* ..... *Q* ..... *latus ait rex nam vultus manifestat.*' Secunda autem manu supra primam lineam haec scripta sunt: 'Que speculatus agit cō'; denique ad alterum versum pertinent verba, quae in margine exstant: 'vultus quando revelatur.' Sequimur in his versibus constituendis codicem Belfortianum, de quo in praefatione disputavimus. 772 'Illius' in rasura supra lineam 774 'hec'

Unde opus est dicti coeptam componere causam.'
Servus habens Christi, de quo diffusius imbrem
Compluat eloquii, cui copia plena loquendi
780 Facundique modi tropos et schemata dictant,
Ut de thesauro nova proferat et veterana, —
Non latet hoc quosdam, quod rerum conditor olim
Praeciperet sic laturis per compita cosmi
Virtutes eius: 'Non de sermone futuro
785 Ulla sit in vobis meditatio; nam dabo vobis,
Quis cedent omnes rabiosi, os atque sophiam' —
Confidenter ait: 'Heu! vos quibus esse putarim
Consimiles, quos coniurent etiam male sani   f. 1
Non sani capitis fore, quod videatur imago
790 In vobis mortis, qui sensibus evacuatis
Factorem vestrum nescitis, quis sit, et illis
Colla datis, quae corde carent et voce, figuris,
Quas facitis vestroque suum sub pollice vultum
Expressum simulant?' 'Da nobis,' rex ait ille,

— Exsecutio orationis inceptae —

795 Quis sit, quem dicis, deus; abs te discere quaero.'
Ecce vomit fons vivus aquas, de gurgite Christi
Quas traxit populo sitientibus atque iumentis.
Ebibe, rex, omnesque tui, quae verba ministrat
Arnulfus vobis, pater optimus, eloquiorum.
800 'Primi peccato cecidit faciente parentis
Humanum genus atque suo iuga dura chelydri
Imposuit collo, sub qua pressum ditione
Longinquo iacuit, heu! tempore, donec ad ima
Mitteret ingenitus genitum pater ob pietatem,
805 Qua nos dilexit. Qui iam de flamine sancto

777 'ceptam' 778 'Servus' a superscr.; respondet 787 b supra 'ait' 780 'scemata' 781 'Unde' t superscr. 783 'Preciperet' 'competa' 786 'rabiosios' 788 'coniurant' e superscr. '*et iam*' 791 '*quis scit*' 792 '*qui*' — 'Executio' — 798 'Ebiberex' 'que' 799 'obtimus' 801 'chelidri'

Conceptus natusque sacra de virginis alvo
Mariae verus deus et homo verus in isto·

[Est conversatus mundo medicamina praebens
Debilibus cunctis, et cum miseros miseratus
Perficeret pietatis opus, dira est cruce passus.
Sublatis spoliis, pridem quae claustra tenebant
Impia Tartareaeque domus et monstra profundi,
Tertia dum radios gaudens aurora pararet:
Ecce resurrexit sol maximus et leo fortis,
Quem tribus eduxit humano germine Iuda.
Ipse suis posthaec dedit insuperabile robur,
Postquam sideream remeans penetraverat aulam.
Iudicii quandoque die confidimus illum
Adfore, quando suo donabit quemque labore.
Hunc tibi credendum denuncio, quo sine nemo
Salvari valet ac quivis iam desinit esse.'
Sic tenet Arnulfus, vir simplex, oris habenas
Reddit et intentum formosa oratio regem.
Tum rex: 'Paremus facturi, quaeque revolvis,
Si nobis quoddam afflictis praestare valebis,'
Dixit, 'pro signo, si serpens scilicet ingens
Intereat per te, qui nostras perdit ubique
Res. Scrobe nam latitans sinuosos complicat orbes
Ingentesque globos et lucida terga volutat;
Quinque capax capitum linguis vibrantibus ora —
Per varias squamas varius color indicat illud
Pestiferum corpus tumidum grassante veneno —
Sibila lambit hians. Sed cum resolutus ad auras
Egreditur solemque videt, distendere nodos
Incipit in longum spiris per plana solutis.
Ascendente die paulatim belua sese
Erigit ad radios agitans fervore venena;
Posthaec letiferos eructans gutture flatus
Sulphure succendit bona terrae et vastat ubique.
Sic homines nequeunt se illo vivente tueri;

---

807 'Marie' hic versus ultimus est in folio 19; sequens folium incipit a: 'Concors atque' etc. neque ullum indicium exstat, ex quo unum vel duo folia excidisse coniecturam facias. Itaque cum sententiarum nexum lacuna satis magna hic interruptum esse neminem fugiat, statuendum videtur librarium nostrum aut hunc errorem iam in suo exemplari offendisse et socordius descripsisse, aut unum vel plura folia transiisse. Apponimus hanc totam carminis partem ex codice Belfortiano descriptam; nec tamen plane lacuna expletur.

Quin etiam pecus omne perit nec vivere iuvat.
Hac ratione tui cultores numinis omnes
Esse suadebis, si victus cedat hic anguis.'
His pater Arnulfus expletis 'Scilicet', inquit,
'Posse dedit Christus credenti singula quaeque.
Imperio solo valet hic transponere montes,
Si fidei dono fervet sinapis ad instar.
Idque per ambages aut longa exordia nolo
Tendere: ductorem praebe, qui dirigat illuc
Os, ubi contortus sese malus iste receptat.'
Ducitur ergo pater praeeuntibus ad loca nota
Militibus tribus; hi latebras statim indice monstrant.
Viso angue is se sternit humi dominumque precatur
Arnulfus, vir signipotens, frontem cruce munit;
Exsurgit, fidei quem thorax fortiter armat,
In monstrum visu horrendum. Quod denique verbo
Aggreditur tali: 'Per nomen cunctipotentis,
Qui meus est dominus, Christus salvator Iesus,
Dico tibi: Iamiam tota feritate relicta
Ad me festines humili cervice serenus.'
Qui paret statim faciens, quodcunque iubetur.
At domini famulus collum circumdedit eius
Insigni stola iussitque incedere post se;
Iussus abire procul nusquam manifestus habetur.
Quo signo flexus rex atque exercitus eius
Cervicem duram submittunt legibus almis
Consiliumque viri gaudent implere beati.
Desinat hic paulo calamos inflare Thalia.

— Explicit liber tertius. Incipit liber quartus. —

Postquam res sic gesta dedit nova corda modestis
Principibus, volat edictum cito regis ab ore:
Concutitur regnum, sonat ecclesiae salus ⟨una⟩;
Regis ad imperium cadit omnis falsa deorum
Lex ritusque vetus, et quae sibi repperit error
Gentilis scelerum contagia, iusque beatum
Erigitur, veteres nova lex exterminat umbras.
Abluitur primus rex sacri fontis in amne
Uxor et illius, suboles hinc omnis eorum;
Inde domum regis totam reliquasque phalanges
Arnulfus laticis benedicti lavit in undis.]

. . . .
. . . .

Concors atque unum per pascua pastor et unus.
Qui tibi, sancte pater, iam dixerat: 'Euge, fidelis

10 Pauca super quia tu semper, bone serve, fuisti,
Multa super te constituam. Felicior intra
In domini regisque tui, quae semper habebis,
Gaudia mercedis dignae laturus honorem.'
At pater eximius multis iam vixerat annis,
15 Remigius, certando bonum certamen in arvo;
De reliquo vitae finem properabat adire

[Pauca de ratione sphaerae ad provocandam lectoris intentionem interposita]

Interea caeli sphaera vertente Canopum
Atque polum picta stellarum lumine miro,
Quae distincta suis spatiis, quae quinque putantur
20 Zonae vel circi, circumdans quatuor ambit
Naturas elementorum, quas physicus acer
Rimatur sequiturque vias, quibus aspicit ipsas
Astriferosque situs, in quantum humana facultas
Scire valet, — nam quaedam sunt, quae vi rationis
25 Comprendit, quaedam, quae non sic signat Hyginus —
Signorumque obitus ut machina volvit et ortus.
Sed Boreas nunquam submergi conspicit ursas
Plaustra nec, insignis quae circumplectitur anguis.
Hunc in transversum positus contingere cyclum
30 Signifer aestivus perhibetur, ubi vehementer f. 20v
Solstitium cancer flammis vibrantibus acre
Fervidus incendit, cum Sirius aestuat altas
Radices mandans lapsum sentire calorem,
Quo virides adhuc mox immutantur aristae
35 Falcibus atque acuit messis matura coactos

---

812 '*dm̃*' pro '*dn̄i*' 'que' 813 'digne' 816 'vite' — argumentum in margine scriptum exstat 'sphere' — 817 'celisphera' 'canopum' sec. m. superscr. 'pro axis' 819 'Que' 'que' 'v' superscr. e (quinque) 820 'Zone' 'nn' superscr. or (quatuor) 821 'phisicus' 824 'quedam' 'que' 825 'quedam que' 'yginus' 827 'numquam' 828 '*Claustra*' '*in signis*' 'que' 829 '*intrans versum*' 'ciclum' 830 'estivus' 832 'syrius' 'estuat' 834 'ariste' 835 'maturos' os deletur et a superscr.

Messores, dum sollicitat labor improbus illos
Et salsus sudor nudatos imbuit artus.
Libra dehinc soles autumni noctibus aequat,
Arietis ut signo fit rursus haec eadem res.
10 Tandem solstitium brumalis zona secundum
Imprimit ac pigros Vulcanum suadet adire
Frigoris asperitas, quibus illecebrosa voluptas
Blanditur Bacchusque placet, virtus odiosa.
Postremo summam claudens antarcticus explet
15 Circulus; hunc superi non, sed speculantur in imo
Antipodes, quod Macrobius tibi nobilis auctor
Explicat uberius Scipionem syrmate planans.
At sol sideribus cum sex conamine certat,
Zodiaco rapidus plenum dum perficit annum,
0 Quae rapit in praeceps secum violentia sphaerae.
Haec licet astrorum paucis de lege reponam, f. 2
Librantur tamen ancipiti neque percipiuntur
Ex toto; miseri nequeunt tam scire profunda
Mortales: hominum sensus monimentaque vincunt.
5 Sunt autem concessa homini, quae conspicit idem
Certius, exsistat dum quippe capax rationis
Ille animal generisque sui species bipedalis.
Quinque subalternis distans ratione potitur,
Quidque genus summum, vel quid sint συμβεβηκότα,
0 Quid species, vel quid sint cetera, quae tria restant,
Fontibus his et quaeque fluunt, non immemor haurit.
Alta videns acie scrutatur iura sophiae,
Physica cuius tres sunt, ethica, logica partes,
Semina quae rerum, quae mores, quae rationes
5 Ostendunt homini, quibus instructus bene novit
Naturas elementorum, quae dissona cum sint,

836 '*sollicitet*' 838 'equat' 839 'hec' 840 'brumalis' per compend. scr. 841 '*Impmit ic*' litterae p superscr. i 844 'antarticus' 846 'machrobius' 848 'syderibus' 850 'Que' 'preceps' 'sphere' 855 '*hoĩque*' 856 'existat' 857 'speties' 858 '*sub alternis*' 859 '*si* BEBIKωΘA' 860 'que' 861 'queque' 862 'sophie' 863 'Phisica' 864 'que' 'que' 'que' 866 'que'

Alterutrum tamen ipsa sibi coeundo ligantur.
Res facit haec, quia divino nutu moderante
Tempora succedant sibi, sicut nota sciuntur,
70 Ver, aestas, autumnus, hiems: his volvitur annus.
Ver naturali movet intima viscera terrae
Igne fovens in spem fructus, viret hinc nemus omne;
Arboribus frondes et pascua floribus ornat, f. 21v
Frondea quando avibus respondet silva canoris.
75 Aestas nata fovet, segetes informat et urit,
Quas insana coquit canis et metit inde maniplos
Messorum manus, ut habeat vel parvula victum,
Quae formica suas importat prompta cavernas.
Autumnus vero miratur mitia poma;
80 Frugibus hoc tempus maturis utile ridet
Et plenis musto vasis vindemia spumat.
At canis genialis hiems cum saepibus haeret,
Dum fluvius durat glaciem pedibusque terendum
Pandit iter tutum remis lemboque suetum,
85 Frigore torpentem monet indulgere colonum
Quaesitis artusque focis assuescere amicis.
Tunc laeti agricolae curis procul usque remotis
Mutua pascuntur convivia, nec tamen istud
Absque labore fugit tempus, dum sollicitudo
90 Insidias avibus moliri instigat et urget
Auritos canibus lepores ac ponere cervis
Retia vel celeres in vulnera ferre sagittas.
Ergo per obliquum quadrigis flammivomus sol
Zodiaci dum currat iter, ceu flumine puppim
95 Adverso videas mox deficiente magistro f. 22r
In praeceps labi, rapidus quam pertrahit amnis:
Hac ratione breves properant se tinguere soles
Oceano hiberni, vel contra fit mora tardis
Noctibus ac solis defectus contegit orbem

---

868 '*fac* hec' inter duo verba scissura in membrana est 870 'estas' 'hiemps' 878 'Que' 882 'hiemps' 'sepibus heret' 886 'Quesitis' 887 'leti' 896 'preceps'

900 Et lunae, tremit unde solum, maria alta tumescunt
Obice divulso rursusque reversa quiescunt.
His deus omnipotens, qui condidit omnia, Christus,
Laudetur, cuius bonitas concedit opima,
Ut homo subsistat rationis et efficiatur
905 Rite capax iustique tenax et cultor honesti.
Quam bonus est deus omnipotens, qui cuncta creavit!
Supplicibus votis in cuius laudibus omnis
Musica mellifluas attemperet optime chordas
Explicet et linguas facundia nobilis omnes.
910 Exiguum satis est, si vox humana rependat
Officii, tantum quod debet, debita pensa,
De pelago quasi gutta fluit, cum totus id ipsum
Fundus agat: sed et ipse, canunt quem saecula, fecit,
Quod dominus Iesus sit in alto culmine patris. —
915 Iam supra dictus, quem caeli regia dudum
Poscebat sibi concedi terrisque negari,
Egregius rector carnales liquerat artus. f. 1
Caelicolum turmis iam signa potentia passim
Quod fuerit iunctus declarant; denique fama
920 Detulit haec usque Illyricum partesque replevit
Hispanas, ubi vir sanctus constanter agebat,
Arnulfus, quod Christus amat, quod mundus abhorret.
Talibus auditis alte premit omnia secum:
Quod pietas agitet, rursus quod gloria tollat,
925 Et quod fiat ibi, secum deliberat ipse.
Scilicet actutum personas eligit aptas,
Quae rudibus prosint populis et grata novello
Dona gregi tribuant. His autem rite patratis
Carpit iter callemque terit festinus ad urbem
930 Remorum, quo perveniens ibi caespite tectum
Repperit almifluum, quem supra facta nitebat
Ecclesiae speciosa domus. De more retexens

900 'lune' 908 'cordas' 913 'cañt *que* secula' 915 'celi' 918 'Celicolum' 920 'hec' 'illiricum' 923 'praemit' sec. m. superscr. 'illud' 927 'Que' 930 'cespite' 932 'Ecclesie spetiosa'

Funeris officium, psalmos et cetera quaeque
Perficiens ardenti animo, quae postulat usus
35 Et retinent apices, domino commendat amicum.
Dum foret his curis intentus valde diebus
Non paucis, — nuncusque labor lustrare procellas;
Iam vero portus et litora tuta videntur:
Auxiliante deo solvamus vela quieti — f. 23r
40 Hospitium repetens, ubi sese aliquid recrearet,
Rursus ad optati remeabat tecta sepulcri.
Saepius huc rediens cum quadam nocte veniret,
Ecce mali servi sponsatae virginis eius,
Cuius iam dudum meminit sententia scripta,
45 Fustibus et gladiis armati in calle repertum
Pro dolor! insontem non pauco verbere caedunt,
Unus et ex illis librata cuspide ferri
Intorquet validum capiti eius viribus ictum,
Quo laesus graviter ruit et prope terminat illum
50 Exitus extremus, sed adhuc in pectore tantum
Exiguae vitae pendebat spiritus anceps.
Quis similes dici valet istos esse malignos,
Qui facinus tam grande simul fecere volentes?
Illis, qui Stephanum quondam, non inferiores
55 Esse liquet, lapidum prostrarunt grandine sanctum.
Quo facto fugiunt noctemque per avia ducunt,
Utpote quos error tam caecus praecipitabat.
Adfuit hoc facto venerabilis omnipotentis
Virgo dei, Scariberga; dolens faciemque refusa
60 Ubertim lacrimis quaerit, quo corporis artus
Post obitum ferret. Qui consecrat ilico velum
Atque manu tensa capiti illud virginis almae f. 23v
Imponit mulcetque piis adfatibus illam
'Dulcis amica, nihil,' dicens, 'me passio turbat,
65 Quam bibo nunc grates referens pro sanguine fuso,

933 'queque' 934 'que' 937 'nc̄ usq.' 941 'sepulchri' 942 'Sepius' 943 'sponsate' 946 'cedunt' 947 '*librato*' 949 'lesus' 951 'Exigue' 957 'cecus precipitabat' 958 'Affuit' 960 'querit' 962 'alme' 963 'affatibus'

Cuius amore diu mea mens ardebat et inde
Sollicitudo mihi crescebat pectoris antro;
Nunc fruar optato domino miserante tropaeo
Deque manu domini capiam diadema triumphi.
970 Propositum vero te conservare cohortor,
Ut salvatoris valeas amplexibus uti
Virgoque virgineis laeteris iuncta catervis.
Cetera quod quaeris, Turonis portabis in urbem
Soma meum: sedes mihi sit locus illa sepulcri.'
975 Comperto, quod res ita sit, glomerantur in unum
Pontifices regni de vitae limite fratris
Discere scrutantes gravibusque doloribus eius
Sat pie compassi. Quos inter stare beatum
Remigium videt, ad quem sic clamore modesto
980 'O venerande pater,' dixit, 'te dante salutis
Sacramenta modo capiam securior hincque
Egrediar facturus iter tecumque iugabor.'
Ergo salutatis praesentibus exit ab huius
Aerumnis vitae felicia regna habiturus
985 Perpetuae, sancti qua fulgent solis ad instar, f.
Quinta dies dum ducit equos Sextilis anhelos
Post decimam flammis insani accensa leonis.
Spiritus in specie cuius petiisse columbae
Dicitur astriferos egressus ab ore meatus
990 Significans, quantae fuerit vir simplicitatis.
Ecce beatorum consors et civis habetur
Spirituum, quorum iugiter felicibus utens
Divitiis gaudet, quarum non contigit ullus
Visus adhuc specimen, carnalis nec trahit auris,
995 Humanum neque cor sensu comprendere quivit,
Quis deus hunc donat, qui pure diligit illum.
Haec domino tribuente tibi per saecula vivens
Pro tantis semper gaudebis agens benefactis

---

968 'tropeo' 972 'leteris' 973 'queris' 974 'sepulchri' 976 'vite' 983 'presentibus' 984 'Erumnis vite' 985 'Perpetue' 988 'columbe' 990 'quante' 997 'secula'

Egregiam laudem cum sanctis eius in aula,
)00 Qui nomen laudant ipsius glorificantes.
Nos autem, venerande pater, quos vincula nectunt
Multorum scelerum grave pondus et opprimit intus
Culparum, tu solve pia prece nexibus istis
Atque leva tanto nimium sub fasce gravatos;
)05 Infirmis nobis fer opem laesisque salutem.
Hic nimis adflicti tabescimus huius in imis
Gurgitibus mundi; nam suscitat ille minacem
Euripum proras solitum dimergere fundo, f. 24v
Qui spumas procul intentat torquendo potenter
)10 Naufragium nostris trepidis hinc inde carinis
Intentum, ut trepidas cogamur rumpere buccas
In hunc quippe modum: 'Miserere, deus, miserere,
Christe, salutaris noster; tu roboris esto
Turris in adversas nobis trepidantibus undas,
15 Ut classis velo percurrat nostra secundo,
Nec nos mergat aquae tempestas, nos neque taetri
Sorbeat ulla rapax et dira vorago profundi,
Nec puteus nobis horrendum pandat hiatum,
Sed portum nobis dimotis cede quietis
20 Naufragiis.' Hoc posce tuis, Arnulfe, pusillis,
Ut dominum digne tecum laudare queamus.
Restat, quid fuerit de sancto corpore factum.
Cuius ad alta volans sibi praemia parta recepit
Spiritus; idcirco super memorata frequenter
25 Sponsa sibi memor iniuncti complere decenter
Festinat cupiens et digne percelebrato
Funeris officio prius illud quam studiose
Compositum plaustro iam sublevat inde vehendum,
Dumque itiner gratum felix extenderet illuc,
30 Quo gradiebatur cum digno pignere virgo, —
Non valet abscondi, quod vult deus enucleari — f. 25r

1005 'lesisque' 1006 'afflicti' 1008 'Eurippum' 1011 'Intentum' sec. m. in 'Interitum' mutatum videtur 1016 'tetri' 1023 'premia' 1026 '*digna*'

Concita multorum veniebat contio supplex
Debilium, morbo qui curabantur ab omni,
Quorum summa negatur adhuc mortalibus; inde
1035 Gaudia suscepto pergebant longa metentes
Robore post corpus mirabile signipotensque.
Venerat ad quendam domino ducente locellum,
Qui situs in pago Castrensi, Hibernio dictus
Resbacis fluvii superimminet inclitus amni,
1040 Scilicet in saltu, qui nomen habens Aquilinae
Innumeros nutrit per pascua congrua cervos.
Hucce canes instigati per prona fugatum
Insectantur — odor tribuit vestigia — cervum.
Sed procul amoti tantum saevire valebant
1045 Et frustra longo latratu emittere voces,
Non tamen hunc avido tremulum contingere dente.
Quem comes ut feretro perspexit adesse propinquum
Longius atque canum querulas requiescere linguas,
Dordingus stupuit haerens mirabile factum,
1050 Martyris Arnulfi quod noverat interventu
Sic gestum domino Iesu faciente fuisse;
Tunc prostratus humi sancto tulit optima dona.
Post vero cum dispositum pertendere gressum
Vellent, immoti stabant neque longius ire f.
1055 Aut sanctum permissi sunt portare cadaver:
Hic gradibus fixis animalia plaustra tenebant
Nec mutare locum poterant, quia caelica virtus
Hoc ita constituit. Comitem quae causa coegit
Inflecti tetigitque viri praecordia magni
1060 In tantum, ut, quaecunque sui fuerant ibi iuris
Aut circumcirca spatio tenus undique sparsa,
Traderet haec sancto stabili firmata libello
Arnulfo. Posthaec comes illius atque fideles

1036 'signi potensque' 1039 '*fluvius* super imminet' [an '*arvis*' pro 'amni' scribendum est?] 1040 'aquiline' 1044 'secure' sec. m. correctum in 'sevire' 1049 'herens' 1050 'inter ventu' 1056 'Hic' an '*Sic*'? 1057 'celica' 1060 'quecunque' 1061 'circum circa' 1062 'hec' 1063 'Posthec'

Componunt inibi patefacta caespitis alvo
65 Bustum, quo sanctum corpus sat relligiose
Includunt. Ubi signa sui quam plurima Christus
Pro meritis servi dominus monstravit: at illic
Aegrotis velox variis medicina dabatur
Auxiliumque sibi cito provenisse sciebant,
70 Martyris Arnulfi quibus intercessio praesens.
Quod factum retulit quantocius inclita virgo
Turonicae sedis clero populoque fideli.
Hinc regressa super construxit busta beati
Martyris ecclesiam titulis et honore beati
75 Remigii. Quae duxit ibi durissime vitam
Patricio cum fratre suo, qui pontificatus
Enituit solio, felixque recessit ab isto — f. 26[1]
Ad dominum pergens mundo victura per aevum.
Quam tegit hic parvus locus, illic nobilis ambit.

[Poema detrahendi occasio.]

80 En quasi praesumptor labiis corrodar acutis
Materiemque labor carpendi vilis habebit,
Si non obstiterit fratrum dilectio, quorum
Saepius impulsum me crebra precatio traxit
Hoc ad opus: 'Quin omni te concede petenti,
85 Et licet in satiris recti semuncia, livor,
Vix haerere valet stultis, habeat sed et istud:
"Debilis inhibitos inscitia possidet actus,"
Est aliud tamen e modico parere roganti
Atque aliud propriis confidere viribus: illud
90 Est sanum, veluti istud contemptibile sordet.'

1064 'cespitis' 1070 'praesens' sec. m. superscr. 'erat' 1071 'quantotius' 1072 'Turonice' 1075 'Que' 1078 'evum' — titulus in margine ascriptus est — 1080 'conrodar' 1083 'Sepius' 1085 'recte' e in i emendatum '*semiuncia*' 1086 'herere' '*s; et istud*' verbis 'semiuncia' littera a, 'Uix' c, 'herere' et 'valet' b superscr. 1088 'id aliud est obedientia aliud presumptio' interpres quidam in margine ascripsit 1090 'contemptibile' sec. m. superscr. 'non sanabile'

Quisquis habens <iam> purum oculum perspexeris istud:
Letselinus eget — memor illius esto — dolentis.
Nunc ad nos converte pium, pie Christe redemptor,
Aspectum finemque operi, qui finis es omni
1095 In te ad iustitiam credenti, impone peracto
Ad laudemque tui, cuius sunt omnia, claude,
Qui cum patre deo regnas et flamine sancto. AMEN.

1091 'Quis quis' inter 'habens' et 'purum' '*iam*' vel simile quoddam excidisse videtur 1092 'eget' sec. m. superscr. 'auxilii.'

VIII.

CARMEN DE S. LUCIA.

f. 212v col. 2

Virginis eximiae cunctis recolenda Luciae
Christicolis fructus praelucida facta pudicos
Significant quae propitia bonitate superna,
Quamvis nobiliore stilo iam cognita fiant,
5 Exigua tamen, ut possum, virtute revolvo.
Fons o largifluas infundens mentibus undas,
Ut rapiant capsim, sitientibus, et satientur,
Sancte, meis fibris tua munera, spiritus, infer,
Ut duce te claris referam scribenda Camenis.
10 Nobilibus haec sponsa dei natalibus orta
Splenduit interius meritique nitente lucerna
Nomen habens resplendentis de nomine facti;
Huius nam pretiosa fides operumque bonorum
Lux Syracusanas omnino respuit umbras,
15 Et radio mentis praeclarae cesserat error.
Nunc quibus emicuit pandatur virgo beata
Gestis; ante fores satis est hucusque morari.
En, pater, ingressus: pedibus via recta teratur.
Iste igitur mundus phantasmate daemonis atque
20 Fasce premebatur quondam sensuque carebat
Cernendi dominum, — dominis nam posse duobus

---

1 'irginis' V excidit 2 'prelucida' 3 'propicia' 7 'sicientibus' 'sacientur' 9 'camaenis' 12 '*habent*' 13 'preciosa' 15 'preclarae' 17 'huc usque' 19 'fantasmate demonis'

Non datur aequali paribus vel lance diebus
Obsequio subici — donec miscerier idem
Propitius miseris advenerit arbiter orbis.
25 Tunc genus humanum disruptis nexibus hostis
Antiqui rediit cernens ad cunctipotentem,
Quem qui mente videt, securus noxia vitat.
Hinc descendit amor carnali nectare maior
In mentes inibi contraria quaeque trucidans, —
30 Sic scriptura sonat: 'mors ut dilectio fortis' —
Quo, licet exterius videaris femina sexu,
Quae quandoque valet facili molimine flecti,
Tu tamen interius redoles vehementer amore.
Quippe aliae cum tendant ad vagabunda puellae
35 Seque sinant caeco igne rapi primisque hymenaeis
Incipiat natura coqui, — Venus atque Lucina
Intorquent aestus, iactant in viscera virus —
Tu procul hoc studium fugiens potius voluisti
Conubiis iungi caelestibus atque vocari
40 Semper amica dei, qui regnat in aethere, summi,
Cuius es amplexu prorsus macula et sine ruga
Casta, pudica, ingens, speciosa, decora, fidelis
Virgoque virgineis compar iam facta choreis.
Exiguis votis adsis tua gesta canentis
45 Sudantique viae prona prece suffice sumptus.
Saeva tyrannorum flammis accensa furoris
Adversus dominum rabies surrexit et eius
Adversus Christum, postquam superavit Avernum
Mortis et imperium solvensque inimica potenter
50 Carne sua sancta super aurea sidera formam
Vexerat humanam. Suboles hinc inclita matris
Ecclesiae coepit pressuris multiplicari
Christicolasque parit strages, mirabile dictu!

---

23 '*miserier*' 24 'Propicius' 27 'uitat' syllaba posterior correcta 29 'queque' 32 'ualet' sec. manu in margine ascriptum 35 '*signant*' 'hymeneis' 36 'quoqui' 38 'pocius' 42 'decora' sec. manu in margine additum 44 'assis' 46 'Seua' 'tirannorum' 50 'sydera' 51 'soboles' 52 'caepit'

Mors animat nolens et sub nece vita fovetur.
55 Muneris ⟨est,⟩ o Christe, tui, quod faenore tali
Crescat ovile tuum grex et confossus abundet.
Ore tuo scitur frumentum fructificari,
Cum moritur. Quod virgo tibi devota Lucia
Sub teneris annis tractabat mente profunda,
60 Quae matri compassa suae, — nam sanguinis unda
Contristabat eam misero de corpore labens
Quatuor annorum spatiis iam cardine versis,
Tempore quam tanto medicorum ars nulla iuvabat —
Ut pariter peterent Agathen iam caespite tectam,
65 Cuius odor sanctus passim per compita fusus
Longa Syracusias comprenderat undique plebes, —
Vultibus huc pronis ardent concurrere multi —
Praemonuit. Pergunt: condictum facta sequuntur.
Ecce salutaris sacratur hostia summo
70 Aetheris auctori, quo sese supplice voto et — f. 213[r] col. 1
Mente ruunt tota, pretio quia posse beari
Se tali credunt. Legitur haec lectio sacra,
Quae narrat, domini quid fimbria rupta peregit,
Cum mulier traxisset eam bene fida sibi clam,
75 Quae morbo simili vexatam se esse dolebat.
'Mater,' ait dilecta deo, 'si vera fuisse
Asseris haec intrantque modo tui pectoris antrum,
Quae lector referens in nostras impulit aures,
Hoc meruisse Agathen pro Christi nomine passam
80 Crede fide tota, quod secum tempore cuncto
Hunc habeat, diros pro cuius amore dolores
Pertulit. Ergo sacrum illius continge sepulcrum,
Et cito te sanam fugiet haec pessima pestis
Et te curatam laetaberis esse per aevum.'
85 His dictis vertunt prostrato corpore mentes
Ad regem regum solatia rite rogantes,

---

55 '*est*' excidit 'fenore' 56 'habundet' 62 'spaciis' 64 'cespite' 65 'competa' 66 'siracusias' 68 'Premonuit' 69 '*historia hostia*' glossatoris illud videtur esse additamentum 71 'precio' 82 'sepulchrum' 84 '*laetabis*' 86 'solacia'

Et dum devotis animis oratio supplex
Tenditur in longum geminantque moras rogitando,
Facta sopore gravis modica et depressa quiete
90 Virgo Lucia sacram per somnum cernit Agathen
Dicentem sibi: 'Quid, pulcherrima, quid petis a me,
O felix ancilla dei, poteris dare quod mox
Ipsa tuae matri, quia dignum doma parasti
Virginitate tua mundum sine fine regenti?
95 En tua curatur genetrix Euticia prorsus.'
Quam comitata salus adventat ab aethere vocem
Ostia confestim prohibens damnosa cruoris
Et siccis rivis via tollitur ante fluendi.
O memoranda dei iugiter pia viscera, quantis
100 Subveniunt impensa modis poscentibus ipsa
Praegrandi gemitu lacrimisque rigantibus ora!
Quis valet immensas attollere laudibus aptis,
Christe, tui bonitatis opes? Quas nulla morantur
Impedimenta nocens et non opponitur obex;
105 Absque mora largiris eas clamantibus ad te,
Iuxta quod quemquam curvum decernis egere.
Et cum disponas mundi totius habenas
Imperiumque tuum timeatur ubique locorum,
Nulla tamen personarum nisi pauper apud te
110 Suscipitur, quae te nimium colit atque veretur.
Sublimes vero, propriis qui nisibus alta
Scandere desudant, in praeceps grande feruntur.
Nam tua vox clamat: 'Qui summa ad culmina ferri
Vi propria certat, mergetur inusque profundum,
115 Et qui se subdit humilis vir legibus almis,
Surget ad alta poli ditandus honore perenni.'
Quanta tuos virtus exaltat et esse beatos
Destinat, os in monte tuum famulis ita factum:

---

87 'oracio suplex' 88 'gemnantque' 90 '*sacra*' 95 'genitrix' 97 'dampnosa' 100 '*in pensa*' 101 'Pregrandi' 102 'inmensas' 103 'tui' an '*tuae*'? 104 'Inpedimenta' 'ob ex' 107 'tocius' 112 'preceps' 114 'in usque'

Pauper habet flatu regnum sublime polorum;
120 Perpetuo mites non unquam rure carebunt;
Largiflui fletus solatia plena merentur;
Esuriunt qui iustitiam sitiuntque, replentur;
His reddetur idem, miseris qui compatiuntur;
Auctorem vitae mirabitur alma voluntas;
125 Esse dei nati perhibentur pacis amici.
Summa locum virtus — certamen scilicet ingens! —
Obtinet octavum, quo duros sustinet ictus
Propter iustitiam genus inviolabile, quod tu
Victorum donas digna mercede laborum
130 Caelestisque domus habiturum tecta fateris.
Quorum participes, cibus atque salus animarum,
Effice nos, quassat quos sarcina multa malorum.
Nunc mihi dicturo, — nam te sine nullus habebit
Mente quid aut manibus — rector caelestis, adesto
135 Et calamo conferre rudi dignare loquelam,
Qualiter est ingressa tuum speciosa cubile
Virgo Lucia, nimis succendit quam tuus ignis.
Posthaec alloquitur generosam filia matrem:
'Ecce tibi robur per cunctos funditur artus.
140 Ulterius ne te lateant, intenta notato,
Qualia versantur, dulcissima mater, apud me
Et mea sollicitant tacito praeçordia tactu.
Est Christus semper meus et per saecla maritus
Et dominus, cunctis aliis quem diligo spretis.
145 Illius semper nitidis amplexibus utar,
Phoebo splendidior qui lumine fusca colorat
Integra conservans, etiam violata reformans.
Appeto non alium terrarum per loca quemquam, —

120 'umquam' 121 post 'Largiflui' m linea subter ducta exstat 'solacia' 122 '*Et suriunt*' 'iusticiam siciuntque' 123 'compaciuntur' 125 '*prohibentur*' 127 'quo' an '*qua*'? 128 'iusticiam' 130 '*domum*' 137 '*Virga*' 138 'Post haec' 141 'aput' 142 'precordia' 'tacito' in margine ascriptu 143 'secla' 144 'spertis' per compendium scriptum 1 'Phebo' 148 '*quemque*'

Nec mihi perquiras, nec te suadente paretur —
150 Concubitus mihi carnalis qui polliceatur
Spem fructus aequi generis succrescere ramum.
Verum si qua tuam valeant inflectere mentem
Viscera maternae pietatis, et est locus imis
Si quisquam precibus, placido tu suscipe vultu
155 Mentis et in portu tranquille haec, posco, revolve.
Ista quidem sunt, quae precor: ut mihi des adeunti
Caelestes thalamos, studiose quaeque parasti
Corporeis taedis frustra Venerique futurae.
Ut facias inculco rogans, quae cernua posco.'
160 Inclita respondit natae matrona petitis,
Cuius adhuc sensum caecabat vulnus opertum,
Corporis exterius licet omnia membra vigerent:
'Patre tuo iam defuncto praeclara suppellex,
Quae post aucta avidos sudat constanter acervos,
165 Te manet atque tuos cumulata feretur in usus;
Quae vero mea sunt, dum vivo, tenentur apud me.
Claude meos oculos: tua posthaec omnia fiant.'
Virgo dei prudens mentem tabescere matris —
Pestis avaritiae turbabat Dindyma nequam —
170 Ut sensit, morbo venienti occurrere statim,
Scilicet hoc stomacho fomentum protulit aegro:
'Non ⟨est⟩ altithrono fidei fervore probatus
Ille satis, qui praebet ei, quod se rapiente
Morte nequit secum portare, sed utique qui dat,
175 Quis valet hic pasci, potius miserendo misellis.
Sic tibi, quae dicis, pariunt nihil utilitatis.
Ergo agedum, committe polo, quae vermibus esca,
Perdit humus, vorat ignea vis violatque vetustas;
Nam miseris collata nimis fortuna nitescit.'

---

151 '*ei qui*' 158 'tedis fustra' 159 'in culco' 160 'res p̄dit nate' 163 'preclara' 166 'aput' 167 'post haec' 'fiant' an '*fient*'? 169 'auariciae' 'dindima' 'nequam' per compendium linea et supra et infra ducta scriptum est 172 '*est*' excidit 173 'prebet' 174 '*ne quid*' '*inique*' 175 'pocius' 177 'age dum' '*commites*' 'aesca'

0 Talibus alterutrum collatis lite modesta
Protinus effusum nimiae pietatis ubique
Fervet opus miseretque sinus iam nescia egestas:
Congaudet miseranda manus quaesita tulisse;
Pulsa fames liquit, dudum quos ipsa premebat;
5 Frigoris asperitas iam cedit victa calori;
Parvula plebs sceleris laetatur pasta medullam;
Implentur Bacchi sitientes; tollitur ardor
Atque sitis; nudos operit tum plurima vestis;
Excidit impietas; quidquid penus ante tegebat,
0 Usibus omne piis large clementia fundit.
Praedia, post gemmas, hinc omnia quaeque videres
Sublimes caeli certatim scandere sedes
Thesaurosque soli mercatos sideris arces.
Quid magis? in terris caelestis vita videtur
5 Et secum caeli miratur terra capaces.
Quis tantos referat condigna laude triumphos?
Quos gracilem constat Musam superare Maronis
Clarisonasque odas Homeri necne Cleanthi
Grandisonosque modos cunctorum philosophorum.
0 Unde mihi misero venit, ut, sterilis rationis
Cum sim, conari videar, quod posse negatur
Et vires excedit onus? Satis improba lingua
Quod laceret, vel quae exacuant carpenda sagittas
Invidiae, hicce patent. Verum quantumlibet ira
05 Turgescat victorque Sinon incendia iactet,
His non cedo minis, potius confortor ad alma
Dona mei salvatoris laudanda revolvens,
Qualia fecissent, qui non potuere tacere,
Eloquii quorum splendet facunda venustas.
10 Amplexi pia facta dei, quamquam ipse vetaret, f. 21 col.

182 *'iam nescit'* nisi forte in parenthesi dictum est [an *'mitescit'*?] 'aegestas' 183 'quesita' 187 'bachi sicientes' 188 *'oportet'* 189 'quicquid paenus' 191 'Predia' 198 'nec ne cleanti' 199 *'Grandisonos'* 200 'racionis' 203 *'Qui'* *'exacuent'* 'sagitas' 205 *'si non'* 206 'pocius' 209 '... in margine 'hec' exstat

Amplius his illis pulsabant sidera verbis:
'Omnia perfecit bene: surdis reddidit actum
Auris necne suae mutis modulamina vocis.'
Cuncti igitur celebrent studio data cunctipotentis,
215 Quae tribuit gratis nimia bonitate iuvandis.
Unde gravi culpa vincitur, qui benefacta
Oblitus concessa sibi non ad pia laudis
Munia se exercet summo reddenda datori.
Nunc aptanda quies, — cursum via longa fatigat —
220 Ut possim, quod restat adhuc, percurrere promptus.

EXPLICIT LIBER PRIMUS. INCIPIT SECUNDUS.

Iam vitae diffusus amor venerabilis huius
Virginis et vulgo virtutum nobile nectar
Implebant populos operum lux et loca plura
Spargebat, quia mons porrectus in ardua magnus
225 Non latet obtutus mirantum nec premit in se
Ingentes modius radiis vibrantibus ignes.
Haec fuerant, quae gesta ferens cito fama susurrat
Et te, stulte, quatit gravius, — nam dicitur ira
Haerere in stultis — qui tractas te fore sponsum
230 Virginis illius, quae Christo iam sociatur.
Anxius inquirit, si factis dicta cohaerent;
Nutricem caute rimatur scire laborans,
Quidquid adhuc dubia pendebat suspicione.
Quae respondit ei sermonis docta figuram
235 Componens: 'Haec credito tu, quae nunc tibi pando:
Sponsa suis tua vult quiddam superaddere rebus
Et vendit quaedam, quibus illud carius exstat,
Ut citius, quam possit, emat, dum tempora poscant,
Quod, si mercari poterit, sine fine tenebit.
240 Tu quoque, si velis illo non ipse carere,

211 'illis' an '*illi*'? 'sydera' 212 '*ictum*' 213 '*Aera*' 'nec ne' 216 'bene facta' 221 '*Iam*' prima littera excidit 'amor' in fine versus falso repetitum 'huius' supra lineam positum 229 'Herere' 231 '*cohercent*' 232 '*runatur*' 233 'Quicquid ad huc' 234 '*dota*' 237 'extat' 238 'cicius'

Providus esto, tibi nunc ut valeas adipisci.'
Credulus auditis stomachum reprimendo quievit;
Quin etiam favet et vendentibus ipse suadet.
Pascitur ad tempus modicum spe elusus inani,
245 Exitus infelix graviter quem denique torsit.
Comperit insipiens iam rei lumen apertum;
Nam quidquid latuit prius, dicebat ubique
Iam satis et clara vulgatum voce patebat.
Saevit et illius fel viscera turbat amarum;
250 Tunc rabies eius cerebrum confundit et omnem
Evacuat sensum rationis praepete lapsu
Fertur et in praeceps. Veluti lupus impius absque
Segnitie ruit huc illucque agitatur oberrans,
Quem furor impellit rabidum faucesque crudeles
255 Exacuit, — nulla medicina subveniendum —
Qui, quaecunque videt, molitur laedere statim:
Sic malus ille piam quaerebat perdere Christi
Ancillam. Qui Paschasii proconsulis aurem
Excitat iniustis ardens instare querelis
260 Et tali strepitu vacuas diverberat auras:
'Heu, male confundor! Quid agam? Duo me mala torquent:
Res periere meae, quas quaerere nescio quoquam;
Foedera coniugii me tamquam stercora spernunt.
Maiori sed adhuc crucior hinc inde dolore,
265 Scilicet hoc, quia iura cadunt et sacra statuta
Ima petunt Augustorum, nuncusque decenter
Quae rexere suum reverendis legibus orbem.
Omnia mutato ferri retro ordine cerno:
Femina iam robur temnit male sana virile
270 Rennuit et subici mihimet, heu! turpiter ista,
Quae me delusum ridet sociata profanis

---

244 '*clusus uiam*' 247 'quicquid' 249 'Seuit' 251 'prepete' 252 'preceps' 253 'Segnicie' 254 'inpellit' 256 'quaecumque' 'ledere' 257 'querebat' 260 '***perstrepitu***' 262 'querere' 263 'Faedera' 266 'nunc usque' 268 '***mutato***' 269 'tempnit' 270 'mihi met' 271 'prophanis'

Christicolis. Hanc ulterius non vivere fas est.'
His dictis animum Paschasius impatientem
Armat in insontem. Trahitur mox inclita virgo
275 Sacrilegis manibus sacrificia iussa deorum
Cum reliquo simul et ritus servare popello.
Tum ancilla dei respondit voce modesta:
'Semper apud dominum sunt haec sacrificia grata,
Cum miseris cunctis studio succurritur omni; f. 2 col
280 Porro cuncta tamen tribus annis continuatim
Obtuleram, quaecunque, deo, manus ista peregit.
Iam quia nil superest, ego me nunc offero illi.
En sua sum: faciat de me, sicut cupit, ille.'
'Quae mihi tu dicis, deberes farier illis,
285 Qui tibi sunt similes et mentis vulnere laesi
Christicolas tecum vereantur viribus totis.
Cur, mihi nobilium cum iura potentia curae
Et cupiam satrapum per saecula cuncta vigere,
Suades me flecti tamquam levitate movendum?
290 In vanum tua verba volant et talia sperno.'
Insipiens, pravus, stolidus, spurcissimus, amens
Talia polluto fundebat ab ore venena.
Sed pia virgo suis confringit cuncta loquelis
Dicens: 'Tu procerum attendis decreta tuorum,
295 Non ego, sed domini legem colo cunctipotentis;
Te terret nimium fragilis formido potentum,
Me sanctus timor domini instruit: hic mihi tutor;
Illos non audes offendere, tempore in omni
Caelorum regi fieri contraria nolo;
300 Ut quocunque modo placeas illis cupis ipse,
Ut placeam Christo plus cunctis appeto rebus.
Utilis esto tibi, ne frustra tempus apud te
Transeat; ipsa quidem, quae sint mihi grata, videbo.'

---

272 '*Hunc*' 273 'inpacientem' 278 'aput' 279 dimidia pars versus antecedentis repetita postea exstincta est verbis 'Cum miseris cunctis' suprascriptis 281 'qnaecumque' 282 'super est' '*ego met*' 288 'secula' 300 'quocumque *mea*' [an '*quacunque uia*'?]

Ille autem, cum debuerit se frangere sanis
305 Consiliis, —. consul nam sola voce vocatus
Vindicat iniuste tam celsi nominis arcem;
Quippe tonat flocci, quod non bona facta sequuntur —
E contra sine consilio ceu turbo rotatus,
Quae bona sunt, turbans mala tollit ad aetheris alta.
310 Omne decus tali sub consule praecipitatur.
Constat et est fixum, quod qui non tramite certi
Ordinis incedit, finem experietur amaram.
Disce, miser, rationis opem, qua nosse vigorem
Naturae possis, quae caeli a culmine lapsa
315 Spargitur humanos domino moderante per artus.
Cuius es oblitus male nec reminisceris eius;
Interior tegitur caeco velamine visus,
Unde fit, ut, quae vera putas, ea frivola fiant.
Ira dei, sapias, non te transibit inultum.
320 At monitis sanis incredulus omnibus addit
Peccatis peccata. Furor velut aspidis aurem
Claudit in ingenium decantantis sapienter,
Haud secus hic, adytum cordis ne sentiat unquam
Dona dei, prorumpit item male sanus inanem
325 Ore sonum effundens huiuscemodi: 'Tua quaeque
Obsceni iuvenes iam gaudent se rapuisse,
Quis, quia te violant, patrimonia cuncta dedisti.
Propter quod sicut meretrix impura profaris.
Non sensus hominis sonat in te sed canis urgens
330 Latratu saevo insontes et dente procaci.'
'Talia qui loqueris,' respondit virgo beata,
'Iam tuto mea constitui patrimonia vallo.
Sed mentem corpusque meum vitiare volentes
Nunquam suscepi, sed et horret mens mea talis.'
335 Insequiturque rogans actutum pandere, qui sint,

306 'Vendicat' 309 'etheris' 310 'precipitatur' 318 'que' 323 'Haut' *additum* 'umquam' 329 'canis' in margine additum 330 'seuo' 331 'qui' fortasse '*quae*' inter punctione mutata scribendum 333 'uiciare' 334 'Numquam' 335 '*ac tutum*'

Corporis atque animae qui rumpere robora certent,
Paschasius. Cui mox retulit pulcherrima virgo:
'Vos estis, quibus obviat haec comoedia Menandri:
"Corrumpunt mores graviter mala verba venustos."
340 Nam incautas animas incurrere cogitis atrum
Crimen adulterii, contemnere scilicet illum,
Qui verus deus est et sponsus amandus earum,
Collaque submitti fallacibus et manu factis
Sculptilibus vita sensuque carentibus omni,
345 Consimiles quibus esse liquet, qui talia fingunt.
Antiquus hostis vos hac ligat improbitate,
Ut Christo proprias adimatis fraude bidentes.
Haec animae fertur corruptio, denique carnis
Altera, quae sequitur, haec est, cum corpora suadent f. 213 bi[s]
350 Maiori studio rationis re prohibente col. 1
Tractari, cum pulvis sint, cinis atque favilla,
Excordes sensusque inopes, quam Dindyma cordis
Atque habitus animae, sine qua nil corpora possunt,
Et bona praeponunt, quorum cito gloria transit,
355 Aeternis, quae caelicolae super aethera prendunt,
Has quoque divitias, tantummodo quas breve tempus
Terminat, amplecti simul et dulcedine pasci
Praesentis vitae contempta luce futurae.'
Exsuperas saevum responsis, virgo, tyrannum
360 Nec possunt infirmari tua dicta quibusdam
Oppositis: hinc inde terunt infesta valenter.
Iustitiae examen sua pondera temperat in te,
Cum tu veridico mendacem proteris ore.
At consul, cum sit virtutis totius impos, —
365 Consulem dedit antirrhesis hoc nomine dici:

---

336 'ex' t superscr. in margine additum 'adque' 338 'comedia' 341 'contempnere' 343 'submiti' 'manufactis' 344 '*Sculptibus*' 348 '*corrupito*' 352 'dindima' 354 'preponunt' 356 'diuicias' 'tantum modo' 358 'Presentis' 'poēt' manu secunda in margine additum ad sequentem versum spectare videtur 359 'Exuperas seuum' 362 'Iusticiae' 364 'tocius' 365 'anøιοʀᴀcιſ' o deletum

Sic lucus, Parcae non facto, voce cientur —
Cum terrere minis famulam putat altitonantis,
Tunc animans mage dicit: 'Iam cito desinet iste
Verborum cumulus, teneras cum verbera carnes
70 Sulcarunt praedira tuas et sanguinis undas
Perfundent terris tuus et cruor arva rigabit.'
Congrue fregit et haec caelestis regis amica
Respondens: 'Non verba dei, qui cuncta peregit,
Cessabunt unquam.' Rursus certamen iniquus
75 Innovat et lites componere nescius illas.
Sed dum vult alium, se primum percutit idem.
Sic ⟨est⟩ fraus omnis primum sibi causa pericli
Et cadit in laqueos, incautis dum parat ipsos.
Iste etenim sequitur vestigia perfidus eius,
80 Qui dominum dominorum etiam temptare malignis
Artibus est ausus ter surgens terque volutus.
Ergo, deus, nobis, et virtus ardua, ades tu.
'Ignoras', ait illa, 'tibi quae sunt data saepe.
Nec caecus iubar exstinctis rapit orbibus unquam,
85 Ille tamen, qui plus tenebras quam sidus amabit;
Velle suum capiet quapropter quisque secundum.
Verba dei dixi, monitis quia perfruar eius
Tamquam ancilla iugi famulatu ubicunque subacta.
Ipse etenim mandata suos instruxerat ista:
90 "Ante truces reges ductos, cum praesidis ira
Ferbuerit, ne sollicitet vos cura loquendi:
Concite dicendi dabitur facundia vobis.
Nam vos non estis, qui funditis ore loquelas:
Spiritus in vobis has format cunctipotentis,
95 Totius moderans qui continet orbis habenas."
Rursus ait malus ille: 'Tibi num spiritus almus?'
'Indicat id Paulus, terrarum doctor enormis,

---

368 '*animant*' 370 '*Sulcabunt*' scribendum videtur 'predira' 371 '*Perfundet*' [an ad 'cruor' verbum referri potest?] 374 'umquam' 377 '*est*' vel '*fit*' excidisse videtur 383 'sepe' 384 'cecus' 'extinctis' 'umquam' 386 'qua propter' 388 'ubicumque' 390 'presidis' 395 'Tocius'

Credere quod non vis, quia Christi quique fideles
Templum sunt eius, iugiter quos et regit eius
400 Spiritus inhabitans.' Haec reddit virgo beata.
Nil flexus tantis documentis iste malignus,
Durior ac lapis est polluto haec ore locutus:
'Turpibus en stupris iuvenum vagabunda voluptas
Conspicuos in te violabit virginitatis
405 Ornatus; ob hoc tua iam praecordia sanctus
Spiritus effugiet, quo cassa putabere vilis.'
Omnia pro nihilo ducens, quae garrit iniquus,
In domino fidens respondit sancta puella:
'Corporis integritas, nisi sit violata voluntas,
410 Nunquam sordebit, vel si tu traxeris istam
Ad polluta deum dextram conamine forti
Turis odore gravem sacrificia, mens tamen huius
Conscia non fuerit facti neque fraudis amica:
Hoc videt et pensat deus, aequi ponderis auctor;
415 Novit enim cunctos e caeli vertice sensus.
Porro casta domus corruptorem patitur sic,
Sicut serpentem latronem necne alienum,
Et si me invitam violari feceris, inde
Virginitas mihi maiorem parat aucta coronam.' f. 213
420 Paschasius dixit: 'Nunc concubitus patieris col
Illicitos tantum, donec inhonesta putrescas.'
Nil metuens ancilla dei contagia carnis
Respondit: 'His, quae dicis, non cedo per aevum
Aut corda flectar per tempora nulla favore,'
425 Saepius inculcans: 'Volo nunc te reddere certum:
Quidquid hinc facias, ad me non pertinet illud.'
Clauduntur lites et facto fine quiescunt.

EXPLICIT LIBER II. INCIPIT III.

Hactenus alternis certarunt iurgia linguis;

---

401 '*flexes*' 405 'precordia' 410 'Numquam' 412 '*odorem*' 417 'nec ne' 420 'pacieris' 423 'que' 425 'Sepius' 426 'Quicquid' 428 'Hactenus' prima littera excidit '*alterius*'

Dehinc super ancillam Christi cadit impetus omnis
430 Gymnasii; nam conceptum prius iste malignus
Implet opus: iubet infrenem mox adfore pubem,
Ad mala praecipitem, vitiorum semper amantem,
Virtutum cunctarum inopem, cui tam speciosa
Aula dei vastanda datur. Ciet undique vanos
435 Turpis amor flammasque creat succensa libido;
Urbs volat ad famam rapiens quemcunque petulcum,
Quae passim crepitat, sordens gaudere lupanar,
Virginis ad speciem, quam se irridere revolvit.
O bonitas immensa dei, quam nulla morantur
440 Impedimenta, suis occurrit quam cito membris,
Si qua parent illis inimica inferre ruinas!
Iam manus exterius contingere sordida tantum
Audet et ad nefas obscenum urgere Luciam
Interius nocitura, velut iubar horrida sordes,
445 Cuius contactu maculis non participatur.
Adfuit e caelis caelorum spiritus auctor,
Forte suae robur famulae qui contulit ingens;
Nam cum vellet eam gyrando turba movere,
Non potuit, quia fixit eam mox summa potestas,
450 Ut dictum est, et tamquam mons gravis inde manebat.
Impellunt multi summis et viribus instant:
Femina dat stomachos animosque irritat inermis
Sexus eo, quod huic dominetur mascula virtus,
Naturae cum lex proprium sibi vindicat usum,
455 Nunc autem vice fit versa sublimior ob hoc,
Quod ferat imperium se subdens sponte supernum.
Impetus illorum cadit et violentia grandis
Irrita fit. Homo stultus quid queat in dominantem
Cunctarum rerum? Sibi tantum luditur uni.
460 Certamen coeptum rursus novat agmen enorme:

---

429 '*Dehinc*' prior syllaba evanuisse videtur 430 'Gimnasii' 431 'affore' 432 'precipitem viciorum' 436 'quemcumque' 439 'inmensa' 446 'Affuit' 448 'girando' 451 'Inpellunt' 452 'Faemina' 454 'uendicat' 458 '*domitantem*' 460 'ceptum'

Adduntur plures et cannabe vincula torquent;
Inde boum iuga subiciunt aptanda labori
Plurima, quae nequeunt infixum cuncta movere
Montem, quem domini solidavit dextera fortis,
465 Et meminit eius his psalmi harmonia verbis:
'In domino qui confidunt, ut culmina Sion;
Inhabitat qui Ierusalem, non fluctuat unquam.'
Heu scelus internos oculos caligine texens,
Ut non signa dei valeant haurire patenter,
470 Quae quosdam durant, quosdam mollire probantur!
Sic facit ignis humum, ceram dum torret et unus.
Saevit adhuc, dum mira videt, Paschasius amens
Et furor illius maior praecordia turbat
Virtutem aspiciens intabescitque relicta.
475 Sortilegos iubet haec rimari aenigmata, quae sint, —
Nam falsa putat hic artes in imagine volvi —
Templorumque sacerdotes mox adfore cunctos,
Si qua adversa latent, ut his iurata recedant.
Non tamen hi possunt omnes evellere stantem.
480 Quid iactet caecus tenebris immersus opacis,
Accipe, lector, et insulsus quo, conice, tendat.
Artibus impugnat firmam, si forte, columnam,
Vertere possit eam: nihil est, quod nititur; eius
Corruit ingenium, descendit inusque profundum.
485 'Quae tua sunt,' inquit, 'haec condita machinamenta?'
'Non mala sunt haec ulla, dei magnalia sed sunt.'
Sic stulto veneranda dei respondit amica.
Omnibus ille bonis vacuatus: 'Quid sibi vult haec,' f. 213 col.
Dixit item, 'quod te, fragilem teneramque puellam,
490 Mille trahant homines et non penitus movearis?'

465 'armonia' 466 'syon' 467 'umquam' 468 '*inter nos*' 'texens' pro 'obtexens' dictum videtur 472 'Seuit' 473 'precordia' 475 'Sortilogos' 'enigmata' 477 'affore' 478 '*uirata*' 480 '*Quod*' 'inmersus' 482 'inpugnat' 'columpnam' 484 'Ingenium corruit' transpositio in ipso codice indicata videtur 'in usque' 488 'haec' aut '*hoc*' scribendum est, aut 'res' simul audiendum

Cui mox respondit sat convenientia virgo:
'His superadde decem quam pluraque milia, sanctus
Spiritus hoc spondet, quod mille meum ruitura
Ad latus atque decem sint dextris praecipitanda
95 Millia.' Torqueri posthac Paschasius omni
Coeperat introrsus cruciatu, viscera cuius
Immanis dolor arripuit, qui, sicut in alto
Gurgite sollicitat tempestas horrida puppim, —
Tunc trepidus, rapidus cum vastum turbo repente
00 Confundens aequor naufragia adesse minatur,
Fertur in incertum: nunc caelum, nunc petit imum —
Sic turbabat eum stupidum sensuque carentem.
His quem sacra piis adfatur virgo loquelis:
'Paschasi, quid coniectas, vel quid cruciaris?
05 Quid menti tormenta tuae maestus coacervas?
Cur duplici nunc huc, nunc illuc scinderis hamo?
Si in me templa dei certus iam, crede, probasti,
Quodsi non, disrumpe moras et discere perge.'
Haec nihil inflexit crudelem suasio mentem;
10 Nam fel dulce sapit non umquam semper amarum.
Insita sed bilis flammas agitando furoris
Introrsus nimiis contorquet viscera poenis;
Se prius incendens parat ignibus urere gemmam,
Quae dum plus coquitur, rutilat magis atque probatur.
15 Sic pueros olim purgavit torrida fornax
Atque suos deus excoxit fornacis ut aurum.
Ignea congeries in gyro protinus ardet,
Stabat ubi gaudens ovis imperterrita Christi,
Instigant ignem circa quam pix oleumque
20 Iacta super viresque animant flammasque coronant.
Tunc ait in domino cor habens virguncula fixum:
'Ecce meum dominum flexa cervice rogavi,

491 'conueniencia' 492 'super adde' 494 'precipitanda' 495 'post hac' 496 'Ceperat' 497 'Inmanis' 500 'equor' 503 'affatur' 505 'mestus' 510 'umquam' 512 '*uiscere*' 'paenis' 516 '*suo*' [an '*aestu*' vel simile aliquid scribere malis?] 517 'giro' 518 'inperterrita'

Ignis ut ista mei violentia non dominetur,
Sed metus effugiat credentes omnipotenti
525 Solvaturque timor, quassat qui corporis artus,
Martyriique mei spatium differre petivi
Propter hoc, ut poenarum timor exeat omnis
Credentum de pectoribus patiantur et illi
Ridiculas voces, Christo qui credere nolunt.'
530 Non tulit ulterius haec importuna tyrannus,
Importuna sibi, verum mellita modestis,
Fortius ac solito confunditur et nihil ultra
Vult audire, sibi quod longius utile fiat.
Mutatus vultus, quae sint penetralia, pandit;
535 Ingemit exosam tandem, seducere, vitam,
Quod nequit exiguam, dum vincitur ipse, puellam.
Quem cum vidissent ita turbatum eius amici,
Accelerare necem gladio — furor arma ministrat —
Mandarunt. Iam tempus erat, quo victima digna
540 Ante deum ferret meriti spiramen odoris.
Suscipit ergo dei memorabilis hostia vulnus
Ultro. Sicut ovis non contundens neque clamans,
Sic violata ferens non fundit ab ore querelas.
Attamen illatis non est vox intercepta
545 Ictibus; orabat nam, quantum temporis ipsa
Utilis adfectus operis fervere videbat.
Rursus ad astantem spargebat grata labella
Turbam praedicens ventura pace potiri
Ecclesiam, quae trita diu miserumque dolebat,
550 Prospera iamque seri, felicia saecla reverti,
Cum Dio pellatur Cletianus ab omnibus extra
Sceptra soli mors et succidat Maximianum.
Addidit et posthaec: 'Ut habent Agathen Catanenses
Auxiliatricem sibi, quae sortita perennem

526 'Martiriique' 'spacium' 527 'penarum' 'exiat' 528 'paciantur' 530 'inportuna' 531 'Inportuna' 538 '*Accelare*' 543 'uiolata' an '*uiolenta*'? 544 'At tamen' 547 'asstantem' 548 'predicens' 549 'Aecclesiam' 550 '*feri*' [an '*sequi*'?] '*secula*' 551 'clecianus' 553 'post haec' 'cathanenses'

555 Iam me praecessit felici funere palmam,
Sic dominus me mandat huic succurrere et urbi,
Si vestro sideris radicet pectore virtus
Eius et in vobis fervescat pura voluntas.' f. 213
Hunc ancilla dei verbi dum funderet imbrem co.
560 Verteret et mentes ad messis grana futurae,
Visceribus ruptis acie perfossa bipennis.
Ecce trahebatur Paschasius atque catenis
Constrictus ferri, modico non verbere caesus
Virginis ante oculos colaphos creberrime passus.
565 Partibus a Siculis nam facta relatio fertur
Publica, propter quod Romam defertur in urbem.
Eius ubi est toto discussio facta senatu,
Perdidit et vitam capite a cervice revulso
Et mala, mors felix, illo moriente fugasti.
570 At sacra virgo loco potuit non tollier illo,
Quo percussa fuit, prius ac sacramenta salutis
Sumpserit; altaris nam sacri ex more ministri
Praebentes illi callis munimina tuti
Ocius assistunt concludunt atque suprema
575 Obsequiis meritis et condigno famulatu.
Reddidit hinc almum tendentem ad sidera flatum
Virgo dei, cui iuncta suo per saecula gaudet.
Post ibi busta parant, ubi corpus nobile condunt
Virginis ecclesiaeque super nova tecta fideles
580 Aedificant, ubi crebra docent miracula, quae sit
A domino concessa tibi pro laude triumphi
Merces, et quanto sibi te coniungit amore,
Sat clare scriptura refert, ubi sponsus amicam
Aethereus ac voce suam te indicat esse:
585 'O mea, tota nites nec te color ullus, amica,
Noxius infuscat neque sordes te nocet ulla.
Ore tuo favus egrediens cibat esurientes;

555 'precessit' 557 '*sideri*' 565 'relacio' 566 '*Publicam*' 567 '*discussi*' 573 'Prebentes' 575 '*fauul*' 576 '*tendente*' 577 'cui' sec. m. supra lineam additum 'secula' 579 'aecclesiaeque' 580 '*Aedificauit*'

Sub lingua mel lacque tua fususque per auras
Fraglat odor tuus et transcendit aromata cuncta.
590 Iam transivit hiems et pigrum frigus abire
Cogitur imber et abscessit; iam floribus arva
Pinguntur; florens iam vinea fundit odorem;
Turturis auditur iam vox in caespite nostro.
Surge tuamque viam celerem fac, dulcis amica,
595 Libana linque, veni: dabitur tibi parta corona.'
Unde tuos pressos peccatis, virgo beata,
Ore iuva nos semper apud, cui iungeris, illum
Scribentisque tui reminiscere, stemma tropaei.
Altithroni iam funde preces ingressa cubile
600 Illius et nobis pia viscera flecte, precamur;
Nec mora te tardet: nunc, nunc succurre gravatis.
Pondus onusta gerens nimium gemit anxia vita:
Fasce leva lapsos, pie consolare fovendos.
Tendimus ad litus, salvator Christe, quietis
605 Orantes, ut digneris trepidantibus adhuc
Ferre manum velis, et quidquid cursibus obstat,
Funditus avulso tua dextera sancta carinam
Fluctibus emersam felicem ducat ad unguem.
Nam sine te frustra natura humana laborat,
610 Quae cadit in praeceps, aliquid dum nititur ex se,
Cui nisi subvenias, non bullit rursus in unda.
Hoc sensit Ionas, dum te fugiendo putaret
Vultibus elabi totum mirantibus orbem.
Aspera vindictae modicum cui pena pepercit,
615 Et ni propitio te servaretur in alvo
Piscis, item nihil obsequii tibi redderet idem.
Denique se cecidisse videns clamavit amare
Indulgere sibi te, veri luminis auctorem,
Orat et ut, bonitatis opem tua mox manus illi

---

589 '*Flagrat*' 590 'hyemps' 591 'abcessit' 593 'cespite' 597 'aput' 600 'nobilis' litterae l et i deletae 606 'quicquid' 609 'te' manu secunda superscr. 610 'preceps' 614 'paena' 615 'propicio' 616 '*obsequi*'

20 Praebuit et vasto pelagi de gurgite traxit.
Adfuit et Petro maris undam valde timenti
Defuit et nulli vere nuncusque roganti.
Nec minus ipse tuis, rex clementissime, servis
Auxilii munus nunquam conferre negabis.
25 Hoc spei innixi tutamine vertimur ad te,
Qui deus es noster, virtus validissima, pellens
Noxia cuncta procul, pacem requiemque laborum
Restituens. Decus ⟨o⟩ summum, laus Israel, in te — f. 214r
Speravere patres nostri, qui non rubuere — col. 1
30 Confusi, quoniam solidissime te statuerunt
Mentibus amplecti nimiisque adfectibus uti,
Dumque iugi prece te cogunt sibi propitiari,
Optime laetantur se percepisse, quod optant.
Pande sinum tuum, quo fida iam statione
35 Ventorum pontique minae frangantur et omnis
Impetus absistat firmetque tenax tua puppim
Ancora securam: timuit naufragia dudum.
Te decet omnis laus operum mox limite clauso,
Cuncta tuum nomen per saecula sit benedictum,
40 Qui cum patre deo regnas et flamine sancto. AMEN.

---

620 'Prebuit' 621 'Affuit' '*unde*' 622 'nunc usque' 623 '*tuus*' 624 '*Auxiliis minus*' 'numquam' 625 'in nixi' 626 '*est*' 628 '*decus summum*' 629 '*qui non erubuere*' aut 'qui' delendum, aut 'rubuere' scribendum videtur 631 'affectibus' 632 'propiciari' 633 'letantur' 634 'stacione' 637 'Anchora' '*timuitque*' 639 'secula' 640 '*regnans*'

IX.

VITA S. GISLENI.

Praeceptori ·O· particulari et praelato ·W· monachus particularis et infimus, quod valet in munusculis melius. Exhortatione tua, quae utiliter sapientiam et sapienter conformat et aptat id, quod est utile, nil antiquius vel liberalius existimavi. Qua accepta et animi intellectu evidenter considerata, etsi facilis apud te locus indulgentiae pateat, aliquanto tamen ipsam tuae industriae facilitatem suspecta formidabat securitas. Sed quod efficientiae formidabat securitas, non refugit amentiae temeritas; immo, quia a te illud sapientis saepius attendi: [quoniam] 'Amorem veterem quasi clavum clavo ne expellas.' Et merito fortis ut mors dicta caritas, quia, sicut per mortem ab homine interior privatur homo, sic et idem a carnalibus per caritatem privatur desideriis, quae militant adversus

f. 1r

Totius primae paginae litterarum ductus vetustate iam evanescentes secunda manus et ea quidem satis antiqua, aliquot locis tertia, ut videtur, nova scriptura interpolavit, quo factum est, ut lectio admodum difficilis sit et plus quam semel dubites, an recentior librarius erraverit. — 'particularis' supra lineam positum. — 'Exortatione' h vel nota omissi h superscr. — 'accepta' sec. m. 'recepta' — 'euidenter' superscr. 'caute' — 'suspecta' superscr. 'sperata' — 'amentiae temeritas,' quod recentior manus supra lineam collocavit, genuina videtur esse scriptura; de voce temeritas saltem non ambigitur. At interpolator ille scripsit 'Amicitiae sinceritas'. — 'imo' — 'karitas' — post 'homo' tres fere litterae erasae sunt — 'karitatem'

animam. Hanc enim qui considerat, et in quo considerat, ab eo coinnatam non adfectat eloquentiam, et quam verborum [vim in Cicerone] contemnit, in parvulis non requirit. Accedit etiam huic negotio aliud non taciturum, quia, quae speculantur sive concipiuntur in intellectibus verborumque parturiuntur effectibus, magis ad parturiendum fidei verbum adfectum excitant animi. Et quod ex animo invenitur, iucundius quam id, unde is informatur et struitur animus. Nam cetera fere caduca, labantia et instabilia sunt, et si ad fortunae eventum spectes, paene aliena. Nam cum tecum in litteris agerem, quibus studiis animum assuefacere commonefactus essem, (nusquam) his, quae scolaris operae erant, animum induxi. Sed concursu ipso tua me rursus retraxit industria, quia hoc studendi adfectu nihil remissius et nihil, ut reor, considerasti inconstantius. Quocirca ad tomellum, qui plenissime de vita beati ·G· inscribitur, transire compulsus, in quo veluti per speculum in aenigmate tua, Christe, magnalia erat considerare, hexametris persuadebar ire conatibus et Daedaleo operi plantis adiungebar multiplicioribus. Sed quid multiplex iuvat planta, ubi rara eundi est industria? Sed omne, quod efficitur, ab efficiente fit effectum et non valet nunc

---

'affectat' superscr. 'v. desiderat' — 'uerborum' sequens vocabulum a littera u incipere videtur, cuius a secundo lineamento interpolator 'in sene sine rōne' scripsit. Sub duobus extremis vocabulis nomen proprium latere rubri coloris vestigiis indicatur, quo singulae litterae, ut infra vocis 'dedaleo' distinctae erant. — 'contempnit' — 'affectum' — 'iocundius' — 'caetera' — 'euentum' alterum e superscr. — post 'agerem' vocabula 'et te' scripta fuisse videntur — 'quibus studiis' prior vox per compendium scripta minus clara — 'nusquam' sec. m. supra lineam scriptum — 'induxi' secunda et tertia manus 'intedixi' (*'interdixi'*?) littera e supra lineam collocata interpolaverunt — 'rursus' supra lineam positum — 'affectu' — 'thomellum' — 'exametris' — 'dedaleo' superscr. 'i. duro' — 'multiplitioribus'

effici, quod nondum est, nisi is efficiat, cuius velle est creare. At tamen ne cassatum tuum redderem imperium, pareo non secundum velle, sed secundum posse. Et hoc ago, quia te probante corrigar teque praeside legar. Neque enim ambigo, quin superflua amputes, minus perfecta suppleas, errata corrigas. Et quoniam his in scriptis amplectenda potius est severitas morum quam elegantia verborum, vera rustice prolata quisque diligat et falsa diserte dicta refugiat. Ea enim ad meritum vere miretur, haec ad vitium evidenter caveat. In his ergo miram sermonis amplectere rusticitatem, quae veram virtutis commendat urbanitatem. Sed quia aeris alieni exigor, non in diutino debito denuo gravabor. f. 1

EXPLICIT EPISTULA. INCIPIT ARGUMENTUM.

Artius ascisci summae deitatis amori f. 1v c lin
Denotat in votis, quidquid bene lucet in actis:
Hoc dabit his scriptis confessio digna probari,
Quam sibi Gislenus bene commendavit in usus.
5 Cui faveat iustus, cuius meditetur et actus
Peccator, fragilem mala cum depingit in assem.

FINIT ARGUMENTUM. INCIPIT VITA CHRISTI PRAESULIS GISLENI.

De ortu viri dei et indole ipsius laudabili.

Arcibus e policis fixit rex lumina terris
Constituens miseros caelorum laude beandos,
Protulit egregium felix dum Graecia fructum
10 Edidit et gemmam Pario plus marmore claram,
Quae lucens superis nituit splendentior astris.
Adnuit hanc nobis necnon invidit Athenis

'seueritas' superscr. 'religio' — 'diutino' superscr. 'longo'.
1 'adscisci' 2 'quicquid' 4 'Gysilenus' i erasum — 'GYSLENI' — 9 'aegregium' 'gretia' t in c mutatum videtur 12 'Annuit' 'necnon inuidit' superscr. 'pie quam generauit' 'athaenis'

Angelici coetus rector mundique totius:
Omnigenis dignum, Gislenum, laudibus herum,
15 Cuius in auspicio rationis currat arundo,
Quae titulum tanti commendet laude patroni
Eius et eximiae primordia praerogativae
Principium vitae sic elimans venerandae.
Hic flos virtutum nituit de stemmate regum f. 1v c lin.
20 Claruit et merito perfusus chrismate sancto
Necnon lotus aquis per Christum sanctificatis.
Solibus in primis caluit quae gratia menti,
Pagina monstrabit, quam signis irradiabit.
Creditur hinc sectis fidei cum dote magistri,
25 Optima quo doceat, filicem cum germine vellat,
Conservet mitem recti, coalescat amorem.
Iunctus sed studio mentis sublegit in antro,
Quidquid erat veri, quidquid captabat honesti,
Ac imitatus apes virtutum carpere flores.
30 Continuis summum precibus clamabat asylum
Nictans, ne maculis vitam confunderet hostis.
Haec memorans terris horamata movit Olympi,
Quae sibi mundanas pepulerunt pectore curas
Instituendo modum virtutum calle sequendum.

Quod saecularibus sese subtraxerit et castris divinis se sociaverit.

35 Indolis emeritae puero crescente vigore
Concipiens votis suimet sub pectore totis,
Praenotat amoto ramus quae seria ludo,
Fratrum saepta petit cupiens consortia claustri.

---

13 'caetus' 14 'Gyslenum' 15 'auspitio' 'arondo' superscr. u; praeterea nota quadam harundo scribendum esse indicatur 22 'inprimis' 23 'inradiabit' 24 'sectis fidei' binis punctis principiis nominum superimpositis transpositio significari videtur 'cum dote' superscr. 'sub iure' 28 'Quicquid' 'quicquid' 29 'carpere' superscr. 'bat' 30 'praecibus' 'asilum' 32 'oromata' 'olimphi' 37 'ramus' superscr. 'pitagorea littera' 38 'septa'

Tendit eo gressus sic Christo psallere gnarus:
40 'Te duce, cunctipotens, valeam percurrere vivens
Letiferi taedas hostis sub crimine fixas,
Intima quo cordis signo niteant probitatis.'
Haec orans titulum monachi conscendit opimum.
Adgaudet fraternus amor cum compare concors;
45 Laus manet in sociis, collaudat flos puerilis.
Divino siquidem gladio praecinctus ibidem
Commoda quae dederit pergens, non penna capessit.
Attrivit carnem famis algorisque stupentem
Excubiaeque viro gaudebant poplite fesso;
50 Cum Christi iubilo solem ducebat in imo.
Talibus ergo probis conscriptus flos meritalis
Ecclesiae gradibus paulatim splenduit aptus.
Unde sacerdotii pervenit ad ardua sancti
Singula virtutum retinens sic dona sacrarum,
55 Ac si posthabitae duxisset cetera curae.
Istis pro miris coetus gaudebat herilis,
Qui monachile decus tunica vestivit honoris,
Se cui Gislenus dedit exemplum venerandus
Et superans anguem meriti processit in unguem.

Quod sacris eius meritis invitantibus principatum ecclesiae sit adeptus.

60 Certantem placidis monachorum deinde sub armis
Arcitenens superis sanctum prospexit ab astris
Mittentem sapidum saepto de mentis amomum,
Nomen cuius habens late signavit in orbem.
Argolici summo defuncti namque patrono,
65 Orant cunctim dum madido cum lumine Christum,
Quo sibi pastorem subscribat ovile tuentem.

* 41 'Laetiferi' 45 'conlaudat' 46 'praecictus' n superscr 47 'capescit' 52 'Aecclesiae' 'spenduit' l superscr. 55 'Ac si' superscr. 'quasi' 'post abitae' h inserendum esse nota quadam significatur 'caetera' 56 'caetus' 58 'Gyslenus' — 'aecclesiae' — 62 'septo' 65 'cunctimdum'

Hinc spirante deo plebs haec probabile voto
Consultum peragit: Gisleni dogmata poscit,
Praesul ut ecclesiae statuat sublimia quaeque.
70 Abnegat et refugit; demum sub pondere sistit.
Suscipit effectum sic, plebs quod finxerat aptum.
Pulsant laude polum, complent iubilamine caelum;
Vox manet una sacram venerantum carmine gemmam.
Culmen ad ecclesiae meriti sic vectus honore
75 Fulsit episcopio commendans dogmata clero.
Pagina sed praesens lectori lampada praebens
Plurima miratur, gessit quae mira patronus,
Horrens tantarum subnectere pondera rerum,
Qualibus et quantis fidei nituit documentis,
80 Quo studio veri cumulaverit agmina cleri,
Membra pudicitiae quantum servavit opimae,
Famine quam dulcis, necnon quam clarus in actis
Fulsit et omnigenis meritorum praerogativis.

Quod oraculo caelesti monitus Romam tendere sit aggressus.

Nox erat et tenebris fuscatus inhorruit orbis.
85 Flos rutilans meritis ut plenis uva corymbis
Archos necne dei clarescens munere summi
Artus plus solito commactat in ore superno
Orans pro cunctis divino fonte renatis. f. 2
Inde fatigatis vigilanti lumine membris col.
90 Obrepsit somnus solitae requietis et usus.
Cedit huic sanctus fessi mulcentur et artus.
Aureus hinc superis paranymphus lapsus ab astris
Cingit luce locum, perfundit lampade templum
Sanctum sicque petit, dulcor quem pascere somni.
95 Gaudia consignat pietatis et organa narrat

67 'haec' superscr. 'alma' 68 'Gysleni' 69 'aecclesiae' 74 'aecclesiae' 'sit' sec. m. t in c mutatum 76 'prebens' 81 'Menbra' 83 '*praerogauis*' 85 'chorimbis' in margine ascriptum 'Figura Ipallage' 88 'fonte' o ex u emendatum 92 'paranimphus' 94 'pascere' superscr. 'bat'

Et tactu lateris spondet momenta decoris
Deque throno vitae se commemorat properasse.
Reddidit haec heros mirae virtutis et archos:
'Dic, precor, ima soli fuerit quae causa videndi,
100 Visibus humanis et te cur credere gestis?
Velle quidem domini cupient praecordia servi.'
Quae sequitur verbum divino nectare tinctum:
'Subdola ne saecli condicant pessima menti
Cura posthabita caelesti tutus in ala
105 Romae flecte viam sanctorum luce politam;
Haec micat insignis Petri Paulique tropaeis.
Exi et in pretium tum iussis dedere votum.'
His metam posuit visus hominumque reliquit
Atque secans auram caeli remeavit ad aulam,
110 Cum Titan croceo splendebat lumine mundo
Atque color rebus rediit post noctis amictus.
Iam sopor excessit curis sanctumque revexit;
Quae viderat, tacito condebat pectoris antro
Cuius et arcani reserat mysteria nulli. f. 2v col. 2
115 Tempore praescripto caeli comitatus asylo
Pignera divinae commendans credita dextrae
Iussum captat iter candens ut lampade vesper.
Urbis adoptatae tandem consistit in arce
Sicque petit claros fidei cum luce triumphos.
120 Edere quis calamus docti vel faminis usus
Sufficiat lacrimas sanctorum in limine fusas,
Se quorum roseis totum conscivit in armis
Oscula apostolici figens in marmore templi?
Claviger hinc summus sic est adfatibus usus:
125 'Fretus amore dei necnon solamine nostri

---

96 'spondet' e ex i emendatum videtur 'momenta' per compendium scriptum 98 'et' supra lineam posita 99 'praecor' 104 'post habita' 105 'Rome' hamulus in pede litterae e erasus 106 'tropheis' 107 'praetium' 108 'maetam' 114 'archani' 'misteria' 115 'asilo' 116 'Pignera' g ex n correctum 120 'uel' in rasura 124 'affatibus'

Posthabitis Grais ne differ te dare Gallis.
Hic animos populi fundabis famine verbi,
Unde salutari valeant de fonte lavari.
Post tua cura pagum Hainau migrabit amoenum;
130 Hic Ursidongus locus est vocamine dictus,
Gratia celsa tui statuit quem laude tueri,
Signatusque meo fulgebit nomine claro.'
Praesulis haec votis ubi mandat pastor herilis,
Gressum flectit eo, triadis quo splendet imago.

Quod iussis apostolicis satisfecerit partesque Galliae praesentia sui nobilitaverit sanctorumque colloquiis usus sit.

135 Hinc pater egregius caelo terraeque canendus,
Angelico monitum constat quem famine primum
Nunc et apostolici praeclarum munere iussi, f. 3r
Pluribus omissis, tribuit quos Graecia felix, col. 1
Subiacet imperiis polica de sede notatis
140 Sicque pedem calli divo sub numine credit.
Adsunt et comites pietatis amore cluentes:
Scilicet eximio Landbertus cum Belirico;
Gemma diaconii lucens sed splenduit uni
Vestivit socium decus et manuale secundum.
145 Tres pariter parilem meditantur in ore triadem
Cum votis sensum libantes contribulatum.
Moenia Gallorum scandit dum stemma beatum,
Aures fama capit, menti perdulcia promit
Praecluis et cari consignans nomen Amandi
150 In gregibus sacris matutinum sidus agentis.
Hic populum verbo pascebat sole sub ipso
Ingeniti summum testans cum pneumate verbum.
Hunc sacer aure bibens adfectum fixit eidem.
Hinc lacrimas oculis mittebat sedibus ipsis,

---

126 'Post abitis' litteram h deesse solita nota indicatur 'graiis' alterum i erasum 128 'fonte' o ex u correctum 129 'amaenum' 135 'aegregius' 138 'gretia' 147 'Maenia' in margine ascriptum 'Figura Ipallage' 153 'affectum'

155 Visibus ut placidum rex caeli ferret Amandum.
Intrat celsa poli, quidquid rorabat honesti;
Rex prece pulsatur famulique fidem meditatur.
Colloquio patres sociant pietatis amores,
Accendunt animos divo spiramine fultos.
160 Per Christum alternis amplexibus inde iugatis
Oscula libabant; posthaec secedere curant
Instat sicque viae nostri tum gloria coeptae
Optans promisso semet conferre locello. f. 3r
Callem dumque tenet, se terris Hesperus infert; col. 2
165 Cedit lux tenebris, surgit nocturna synaxis.
Quem mons hospitio Castrilocus excipit apto
Irrepsitque viro spes hanc sedem fore certo,
Quam sibi divinae concesserat ordo sophiae,
Caelos dum statuit pontumque solumque locavit.
170 Unde manus silvae gaudens subnectit opacae,
Conderet ut templum Petri sub dote tuendum.

Quod Dagobertum regem venatio Bracbantensis oblectaverit et bestia vestimentis viri dei pro refugio usa sit.

Rex fuerat sceptris Francorum clarus in altis
Ductus primorum Dagobertus germine regum.
Nectare cervorum necnon hic captus aprorum
175 Nempe venaticiis Bracbanti se dedit arvis.
Hic locus exstabat: Hornut vocitamen habebat;
Regia villa fuit, fisci quoque munere fulsit,
Inter Bracbantes medius simul et Hainenses,
Quo labor excursus simul assiduique venatus
180 Dignam regali sedem statuere decori.
Tempestate quidem, qua rex secessit eodem
Insidias statuens silvas et milite complens

156 'quicquid' 157 'praece' 161 'post haec' 162 'caeptae' 165 'Caedit' 'sinaxis' 167 'Inrepsit' — 'bracbatensis' titulus sec. m. in inferiore margine repetitus 'bracbantensis' exhibet — 176 'extabat' 177 'immunere' syllaba im erasa 'fulxit' x in s correctum

Olfactuque canum circumdans lustra ferarum,
Se dedit ursa fugae quare percussa timore
185 Pignera cara luco linquens subtristis opimo.
Nam sonitum litui chorus mittebat in auris; f. 3[v] col.
Invia quaque rapit, canis hac sollertia tendit;
Insequitur miles cornu crepitante furores.
Tandem tranat aquam, Gallus quam dictitat Hagnam;
190 Adsunt et lynces, captat quos praeda sequentes:
Flumen transvolitant, fugientem prendere certant.
Ursa fatigatam cursu sed corporis urnam
Condebat tunica venerandi praesulis alma,
Tunc inter frutices suspensa ut forte iacebat,
195 Ac si cum catulis secura cubasset in antris.
Cernere fas fuerat, quod sub munimine stabat
Bestia Gisleni vestem mirata beati.
Praedam quippe vident, rabies quos flexit ibidem:
Eminus assistunt, latrandi iura fatiscunt;
200 Hinc sistrum resonat, canibus sed cursio cessat;
Milite pulsantur, sancti sed lege tenentur.
Talia tum spurco captans sub corde venator
Irarum techna totus succenditur ampla.
Assurgit sermo cassatus nectaris auro:
205 Culpat pontificem magica super arte fidelem
Crimine verborum gravat et pia corda clientum
Asserit ac poenae tradendos iudice rege.
Exstat naturae multum, quod discrepat in re:
Ergo quod est hominis, nimis expers fit rationis,
210 Vel quod inest beluae, gaudet rationis honore,
Gloria Gisleni sed quo consplendeat orbi.
Ipse quidem virtutis honos pietatis et archos f. 3' col.
Innixus domino mentis concepit in antro,
Prompsit quod verbo caelesti rore peruncto:

---

187 'ac' littera h minus clara superscr. 190 'linces' 195 'atris' n superscr. 197 'GYSLENI' 199 'adsistunt' 206 'clientum' superscr. 's. suorum' 207 'paenae' 208 'Extat' 213 'concaepit'

215 'Incensum fidei rerum fumesco tonanti
Nec timor est cordi reges contemnere mundi.'

Quod viri dei sanctitas regem non latuerit, quem et benedictionis suae gratia donavit.

Princeps necne decus Francorum, rex Dagobertus,
Milite vallatus non differt tradere vultus,
Quo lituus crepitat, semet quo miles habebat.
220 Cernit in adventu signum mirabile dictu:
Lynces secura gaudentes scilicet ursa.
Cernere erat rabiem summam cepisse quietem:
Latratus perimunt caudas terraeque remittunt,
Omnia Gisleni videas ut numine ferri.
225 Profluit hinc labio talis sermonis origo:
'Germine quo rutilas, vel quo titulamine constas,
Moenibus in nostris monstri qui factor haberis?
Quod tibi, dic, nomen, cuius telluris et idem.'
Praesul ad haec dictis totus conspirat in istis:
230 'Graecia nativum tribuit dum praecluis ortum,
Visere famosas studium subrepsit Athenas,
Se quia mundanae persuasit cura sophiae.
Gislenus dicor, Christi baptismate fungor;
Praestigium vito, zabuli divina refuto.
235 Vilescunt animo, mundi quae perflat arugo;
Diligo nam dominum, qui tendit ad omnia palmum, f. 4r col. 1
Ipsius et claris meditor prosodia votis.
Nomine non merito necnon vice praesulis utor.'
Talia corde tenens sancto rex infit eidem:

---

215 'fumesco tonanti' usque ab extremo lineamento litterae m in rasura 216 'contempnere' 220 'auentu' d superscr. 221 'Linces' 222 'caepisse' 224 'GYSLENI' 226 'contas' 227 'Menibus' cum omnes huius paginae litterae grandes rubro colore pictae, tum haec paene tota evanuit 'monstri' superscr. 'huius' 228 post 'tibi' 'sit', post 'telluris' 'sis' supra lineam scriptum exstat 230 'Gretia' 231 'athaenas' 232 'Se' principium verbi satis certum 233 'GYSLENVS' 234 'Prestigium' 238 'praesul' is superscr.

240 'Verbi dote vales morumque nitore renides;
Lucifer assurgis, vitae cum semina mittis.
Unde, precor, regem precibus tu flecte potentem,
Ne memor admissi barathro me dedat abyssi.'
Talibus orabat et sic extrema locabat:
245 'Me, tibi devotum, benedic, pater optime, servum,
Quatenus his tantis succedant prospera donis
Crescat et imperio maiestas praesule tanto.'
Sic ait et sancti comitatus dicta patroni
Milite saeptus abit regni sceptrumque revisit.

Quod bestiam insecutus fuerit et locum a deo sibi destinatum aquila caelitus monstrante reppererit.

250 Hinc patre praedulci studium praebente labori
Fraudes ursa parat raptrix tunicaeque triumphat.
Nec solum tunicam, vestem sed sustulit ipsam,
Signa sacerdotii sibi qua fulsere beati,
Gressum sicque rapit tendens, quo pignera liquit.
255 Talia mente bibens necnon ex lumine tangens
Maximus antistes satis hausit corde dolores.
Dindyma deinde poli pulsat dulcedine voti:
'Rex, deus, omnitenens, verum de lumine lumen, f. 4r
Flamine cum sancto supples qui cuncta creando, col. 2
260 Aures fusa tui subeunt si carmina servi,
Vestem conserva mihimet, precor, atque resigna.'
Hinc ducente deo suimet parat ire bacillo,
Ac si raptricem pro veste sequatur euntem.
Hunc via, quae patuit, dubia sed sorte reliquit;
265 Cui faciem domini digne precibus redimenti

---

242 'praecor' 'regem' m ex ns emendatum 243 'baratro' supra lineam scriptum 'abissi' 246 'Quatinus' 247 'presule' 249 'septus' 253 'qua' superscr. 'in' 257 'Dindima' 258 'Res' sec. m. x superscr. 259 'sancto' supra lineam positum 'suplex' x in s emendatum et alterum p superscr. 'conta' o leviter correctum et c superscr. 261 'praecor' 'atque' supra lineam positum 263 'Ac si' superscr. 'quasi' 265 'praecibus'

Indicium volucris deice patet advolitantis,
Scilicet hac aquilae grata novitate morandae;
Nec adventitiis fortunae dedita causis,
Sed pro sorte precum dare tum contenta ducatum
270 Remigio alarum regit in condevia sanctum.
O decus eximium, signis quod constat adauctum!
O quam hieroprepen virtutibus his meritalem,
Cum virtute sua cuius deus imbuit ora
Atque monente Petro, qui suspirabat in ipso,
275 Ne sese nostris differret tradere Gallis!
Nunc etenim per avem conglorificatur et idem,
Gallia lucerna ne cassaretur ab ista.
Visibus hinc eius pastorum credere coetus:
Causas aure bibunt famenque probabile reddunt.
280 Ursae techna datur, quo se ferat aeque notatur
Monstraturque locus dumorum grandine pressus,
Tunc Ursidongum novit quem Gallia dictum,
Hic quoniam fetas congesserat ursa suaptas.
Haec ubi dicta tenet, non se committere differt
285 Praesuleo domini digne constrictus amori
Lustrans atque locum raptricis venit in antrum.
Nec mora: sidereas se sustulit ales in auras
Ac si divinis, quae praebuit omnia, iussis.
Palla dehinc vestis quam splendida pontificalis
290 Illaeso tunicae species est visa decore!
Quam sacer ex voto sumit deitatis asylo
Ipsi mela canens, verbo qui sustinet orbem.
Hinc fugit ursa locum sancti sub voce suaptum

f. 4 col.

---

266 'Indicium' ex 'Iudicium' correctum 'aduolitantis' prius i ex a emendatum 268 'dedita' superscr. 's. sancto' 269 'praecum' 272 'ieroprepen' 278 'credere' superscr. 'bat' 'caetus' 279 inter 'famen' et 'que' duo vel tres litterae erasae sunt 280 'aeque' atramento, ut oculis vix cerni possit, superscriptum 'at' 281 'praessus' 283 'foetas' 284 'committere' 288 'Ac si' superscr. 'quasi' 'prebuit' 289 'uestis' e ex a emendatum 290 'Inleso' 'speties' 291 'asilo' 292 'maela' 'caens' priore n omisso scribere librarius instituerat

Longius aufugiens, sibimet loca cetera quaerens,
295 Hunc siquidem famulo praefixit maximus auctor.
Res etenim typicis haec est meditanda figuris:
Qui famulo Eliam depaverat alite quondam,
Is etenim per avem sanctum praecessit euntem.
Haec quoque ferventi Phoebeae lampadis axi
300 Vadit vicine nunquam post pulsa superne.
Spectat Gisleni sic visio Dindyma caeli,
Ac ubi prospexit, nunquam visu inde recessit.

De coenobii sacri constructione et multimoda spiritualis vitae contemplatione.

Talibus ac tantis per Christum caelitus actis
Vir sacer adfectum transfudit in aethera totum
305 Signatoque operi sudabat mente fideli
Altithroni nomen sanctum veneratus et omen,
Auspicio cuius regitur per saecula iustus.
Denique silvarum simul et condensa ferarum
Funditus excutiens, obstantia quaeque recidens
310 Templa deo statuit, fundamina prima locavit,
Nomine quae Petri titulavit honoreque Pauli.
Gestat Apostolicae locus ipse vocabula Cellae,
Rusticitas verbo communicat unde Latino.
Hic siquidem vitae certavit amore beatae:
315 Arcebant artus cibi somnique recessus;
Excubiae studium sosi mactabat amictum;
Frigora sic animam purgabant crimine claram.
Fixerat hic cordi, textus quae clamat herilis:
'Aspera per nimia caeli conscendere celsa
320 Condecet, altithroni gestat qui nomen opimi.'
His flagrans votis mundi se traxit ab actis

294 'caetera' 295 in margine ascriptum 'Parentesis' 296 'tipicis' 297 'heliam' 299 'phaebeae' 300 'vicinae' 'numquam' 'supernae' per ę scriptum erat, postea hamulus in pede litterae e exstinctus est 301 'GYSLENI' 'dindima' 302 'numquam' 304 'affectum' 307 'auspitio' 314 'Hic' superscr. 'aū loci' 315 'artus cibi' in rasura 316 'sosi amictum' corpus significare apparet; fortasse *'sophiae'* scribendum

Ipsius et probitas saecli spirabat in auras.
Conveniunt multi; claret lucerna patroni;
Pectore verba fluunt, peccati flumina tollunt;
325 Verbum quisque bibit, triadi praeconia clangit
Odae sicque petunt domini praenobile sceptrum.

Quod Cameracensis episcopi praesentiam adierit et a sanctitate ipsius in servum domini reputatus sit.

Est civitas Christi genetricis sita sub alis
Praefulgens clero candens probitatis et auro,
Quam dixere patres Camaracum nempe priores,
330 Hic quia regalis praefulsit clausula fisci.
Quo domini currum sacer aurigabat honestum (f. 5r col. 1)
Ecclesiae antistes tunc Autbertusque monarches.
Denique fama volans huius confinia captans
Virtutem sancti longe spiraverat orbi;
335 Autberti tandem profusius intrat in aurem.
Audit mira quidem, tangit sed nebula mentem;
Ambages animo currunt pro praesule tanto:
Scire cupit sanctum, quem fama notarat in aurem.
Quocirca citius mutat vestigia missus;
340 Pontificem cernit, iussum quoque praesulis inquit.
Nec mora perdulcis pedibus: capit aequora callis,
Visibus Autberti semet quo crederet almi.
Praebet et hospitium lapsis compagibus aptum
Villa decens, hominum notitat quam lingua Resinum,
345 Oceani furvis Titan dum se daret umbris,
Cuius praeclaris quidam degebat in alis,
Quamquam rebus egens, claro sed germine pollens.
Hospita Gisleno domus hic sub paupere tecto;
At pietate dei meritis et praesulis almi

---

324 'flumina' atramento paene exstincto superscr. 'noxia' 330 'Hic' superscr. 'loci' '*praefulxit*' 'fici' s superscr. 331 'Quo' superscr. 'i. ubi' 332 'Aecclesiae' 336 'Audi' t superscr. 343 'conpagibus' 344 'notitat' no in rasura tit supra lineam scriptum 346 'in' in rasura 348 'GYSLENO' 349 'presulis'

350 Paupertas cessit, rerum nova copia crescit.
Mira quidem refero stupefactus pondere tanto.
Vir sanctum toto deposcit pectoris imo,
Ne pigeat propriis redeuntem cedere tectis.
Iam sole infuso, iam rebus luce retectis
355 Praesul inire viam non differt concite coeptam;
Moenibus hinc urbis laetatur sistere plantis.
Intrat fama decens Autberti claustra revisens,
Quam per Gislenum sua nuntia verba ferentem
Audit clerus ovans, diva sub lege triumphans,
360 Sedem sicque petit, pastori talia pandit.
Adnuit his votis praesul sibi convenientis
Praesulis atque vicem suspirantes in eandem
Succedunt verbis, alternant dogmata pacis.
Prima sed Autberti patuit suggestio talis:
365 'Stemmate quo traheris, patriae vel cuius haberis?'
Talia dum sonuit, haec praesul verba rependit:
'Graecia me genuit Gislenum necne notavit;
Chrismate perfusus Christi sum munere tutus;
Fungor episcopio me vestit et infula collo.
370 Olim sed placuit calces his iungere metis,
Gemmis ut geminis conferrem pignus honoris,
Templum magnificum, fraglent quo munia laudum.
Unde loco votum nunc iam constringo meaptum,
Hactenus Ursdongum quem finxerat ordo dierum.
375 Hic sed ut adfectus meriti transiret in usus,
Memet praevenit, tuimet quod mente calescit.'
Hinc sacer Autbertus virtutis honore refertus

353 'redentem' u superscr. 'caedere' c ex r emendatum videtur 355 'caeptam' 356 'Maenibus' 358 'GYSLENUM' 361 'Annuit' 'praesuli' i erasum 363 'dogmata' secundum a ex e emendatum 'pacis' in rasura excepto p 365 'Staemmate' 366 'presul' 367 'Gretia' 'Gyslenum' 368 'Crismate' 'summere' un superscr. 369 'Fongor' prius o in v correctum 370 'maetis' 371 'Gemmis' superscr. 'petro et paulo' post 'geminis' et particula erasa 372 in marg. ascriptum 'Efexegesis' 'laudum' ex 'laudis' correctum 374 in margine 'Sincopa' 'usdongum' r superscr. 375 'affectus'

Cernens pontificem procedere laudis in unguem
Suggerit exemplis exhortans, aeque loquelis,
380 Suppleat ut iussum deice sibi praenotitatum.

Quod amori ascitus coepiscopi ad dilectam solitudinem citius remeaverit.

Autberti sanctus posthaec solamine fultus, f. 5v col. 1
Cuius in angelicam semper mens aemula normam,
Mox iter assignat, Cellae quo iungitur Hagna.
Limpida sed pulchras dum nox videt aethere stellas,
385 Hospitium dictae reddit vicinia villae.
Hinc memor orantis spectantia fulcra revisit.
Assidet antistes, pedibus prosternitur hospes;
Supplex oravit, lacrimas pro coniuge fudit;
Partu namque gravis tendebat ad orgia mortis.
390 Assurgit sanctus fidei sub lampade fixus,
Solatur miserum, promit mirabile verbum:
'Gaudia nunc animum praecingant digna tuaptum:
Mater adest sospes, captat crepundia proles.'
Credulus hinc hospes tectum non visere differt,
395 Quo paene exanimem liquit male luctificantem.
Intrans mira videt, cernens in laudibus ardet:
Nabla refert domino nusquam sub tempore posto,
Cuius in auspicio iustorum militat ordo
Aegris grata ferens, charismata caelica pandens.
400 Exin iter revocat sese, quo praesul agebat;
Labitur ante pedes solvens pro coniuge grates.
Vocibus hinc flagitat, prolem quo flumine tinguat,
Chrismate sanctificet, vitae sub tramite firmet.
Assentit precibus cultor deitatis opimus.
405 Postera cum prima lustrabat lampade terras
Orta dies, praesul se credit laudis in usus;

379 'exortans' 'aeque' recentiore manu 'at' superscr. 380 'prenotatum' ti superscr. — 'adscitus' — 381 'post' superscr. 'haec' 382 'emula' 389 in margine ascriptum 'Parentesis' 'ad' supra lineam collocatum 398 'auspitio' 399 'carismata' 403 'Crismate' h deesse solita nota indicatur 404 'praecibus' 405 'prima' m erasum

Fontes sanctificat, divinis legibus instat.
Complet sponsa sacer, genito dum chrismata confert
Fontibus et sanctis trino sub nomine iungit.
410 Proluvio primi sic exutus protoplasti
Verrucas zabuli vitavit voce patroni.
His ita patratis summi virtute patroni,
Antistes Cellae vultum consignat amicae
Et pariter calles exsulcat compater hospes.
415 Hic equidem cernens hic sat bonitatis amorem
Ipsum necne locum probitati praesulis aptum
Pectoris in capsa tactus spiraminis aura,
Quidquid descriptae visum contingere villae,
Quodve sui iuris constabat vel dicionis,
420 Tradidit herois ultro terrae paradoxis
Sicque domum repetens bene morigeratur ad unguem.

Quod meritis almi praesulis ex aqua in siccum prosiluerit piscis.

Apprime dignus tunc tempore praesul Amandus
Culmen ad ecclesiae Dagoberti ductus amore.
Hic Traiectensem pastor transivit in arcem,
425 Ut bene papyreis manus antiquaria fastis
Illevit scriptis tutum liquitque modernis.
Nam parat Helnone se fratribus is revocare
Ad confirmandos virtutis et arte notandos.
Sulcans ergo viam Cellensem venit in horam,
430 Dogmate Gisleni semet quae mittere caelis.
Hic siquidem vatem captans sub pectore talem
Obvius exit ovans, pietatis amore resultans.
Inde simul claustri penetrant conclave novelli;
Accedunt multi iustorum glutine laeti.

408 'sponsa' superscr. 'i. missa' 'crismata' cf. 403 414 'exulcat' 415 super secundum 'hic' 'au loci' scriptum 418 'Quicquid' 421 'uguem' n superscr. 422 'Adprime' 423 'aecclesiae' 424 'tregetensem' sec. manu correctum in 'treiectensem' 425 'papireis' 426 'Illeuit' superscr. 'scripsit' 427 'helnonae' a 'erasum' 430 'GYSLENI' 'mittere' superscr. 'bat' 433 'noveli' alterum l superscr. 434 'laeti' linea subter ducta deletum, recentiore manu superscr. 'fulti'

435 Doctor evangelicus necnon tum pastor Amandus
Dulcia divini fumabat aromata verbi
Et bene fraglantes domini spirabat odores.
Ad plenum cunctis verbi sed melle refectis
Helnonis fluvio longa festinat in alno;
440 Aggreditur callem Cellae fundator eundem
Pectore multa gemens, tacitus suspiria fundens,
Quod rediit sanctus expers solamine victus.
Intrant aethereum suspiria praesulis aulam,
Inclinant triadem sibi flectunt necne monadem.
445 Litore constiterant, animos charismate alebant,
Piscis cum subito laticis superenatat imo,
Quem sumpsit sicco cunctantem ripa carecto.
O domni cunctum pietas memoranda per aevum!
Ostentat famulos virtutis foedere nexos.
450 Exit piscis aquas iustorum iure suaptas,
Palpitat ante pedes; absunt in corpore vires.
Ob quam rem sanctos tenuit discordia concors
Deputat atque alii quivis miracula facti.
Talia captantes oculorum lumine fratres
455 Laudibus insistunt, mentes iubilamine pascunt.
Claustri catabulum posthaec astringit Amandum.
Sumunt fraternae pariter tum prandia mensae; f. 6r
Corpore sed pasto melodis psallitur ordo: col. 2
Christum voce beant, demum sic oscula libant
460 Seque sub altithroni credunt virtute superni.

Quod vir domini Dagoberto regi obviam ierit et ab eo honorifice susceptus sit insuper et regalium villarum munus adeptus sit.

Credita praecelsus visens sibi pignora Amandus,

---

435 'euuangelicus' 436 'Dultia' 440 'Adgreditur' 441 'Pertore' 445 'Littore' 'constiterat' n superscr. 'carismate' 447 'cuntantem' 'ripa' supra lineam positum 'caret to' prius t in c emendatum 449 'faedere' 453 'quivis' superscr. 'uterque' 456 'catabulum' inter a et t littera p erasa est 'asstringit' 458 'maelodis' 460 'craedunt' 461 distinguendi nota post 'Amandus' exstat

Insudat votis Gislenus praesul honestis.
Exin Francorum princeps memoratus heroum
Contiguum Cellae callem temptabat inire.
465 Nec mora: Gislenus cunctis bene caelitus usus
Obvius ecclesiae fertur comitante decore
Cum cruce, turali fumato nectare et igni
Eructans verbum Davidis sophismate comptum:
'Regem salvifica, regnas qui solus in aethra;
470 Intrent alta poli, rogitet quae mente fideli.'
Cui sic intendit rex atque ita verba rependit:
'Christe, sacerdotii iusto titulamine functi
Gaudia digna tui teneant in saecula sancti.'
Haec dum voce sonat, pacis mox oscula libat;
475 Postulat atque rogat, sibi quo pro criminis urna
Flectat censorem trutinae sub sole potentem,
Totus in invisam ne desudaret abyssum.
Dives Gisleni sed tunc Dagobertus amoris
Adfectus satiem sese transfudit in omnem, f. (
480 Quo possessivi quaedam donaria fundi col
Pontifici sancto ferret de iure paterno:
Scilicet Hornutum fisci regalis opimum
Ursdongumque simul, cingit quem plurima saltus.
His ita magnificis regali lege peractis
485 Archos Francorum non differt visere sceptrum.
At sacer antistes, clarent cui laudis honores,
Commoda sortitus, princeps quae fixerat altus,
Quae praecepta dedit deitas, ardentius hausit,
Iustorum sacris praestat quae prospera votis.

462 'GYSLENUS' 'presul' 'onestis' cum nota omissi h 463 'eroum' nota omissi h adiecta, sec. m. superscr. 'bilis horum' 464 'Contigium' alterum i in u correctum 465 'GYSLENUS' 466 'aecclesiae' 'decore' e superscr. 470 '*roget et*' 't et' in rasura 477 'abissum' 478 'GYSLENI' 479 'Affectus' 480 'possessiui' sessi in rasura 'ui' superscr. 'denaria' e in o correctum 483 in margine 'Sincopa' 'Urs dumque' don superscr., d in g emendatum '*cingunt*' scribendum videtur, nisi forte 'plurima' adverbialiter dictum est 486 'Ac' c in t mutatum 489 'prestat' 'uotis' u superscr., o ex u correct

De consecratione oratorii et conversione sanctorum laudabili.

490 Praesulis hinc opera, deitas quod sanxerat alma,
Dum foret impletum siquidem praenobile templum,
Accitis geminis fidei signamine gemmis,
Scilicet Autberto Cameraci sede faceto
Necnon praeclaro caelesti dogmate Amando,
495 Nomine sub Petri dicarunt culmina templi;
Adfuit et sancti nomen memorabile Pauli.
Hoc etenim templo Christi sub sorte notato
Pastis ac populis legis dulcore recentis
Insuper et policis instructis plenius armis
500 Quisque domum repetit, voces ad sidera tollit. f. 6v col. 1
Ecce Matelgerus, comitum dignissimus unus,
Plebibus intererat, festi quas cura trahebat.
Hic equidem sacrum condens sub pectore verbum
Quaeque vacillantis postmisit frivola mundi
505 Atque coma capitis posita sub amore tonantis
Autberti manibus deicis fit coetibus auctus.
Est ingens terrae cumulus prope flumina Sambrae,
Idem Monsaltus mixto sermone vocatus;
Hic monachile decus venerabilis induit herus
510 Aethram mente tenens, terris sed corpore degens.
Moribus ergo probis vitae per climata fulsit,
Dum partem deicae caelo sufflaverat aurae.
Huic coniunx viguit, parili quae stemmate crevit,
Inclita Vualdtrudis, specialis femina laudis.
515 Haec quoque dum semet cosmi sub fasce teneret
Praedia conservans famulis et commoda praestans,
Pontificem sermo Gislenum visit ab astro,
Commonet ac rogitat, dio quo nectare pascat

'conuertione' — 493 'camoraci' scriptum videtur 495 'dicar̄' 496 'Affuit' 501 'matelgerus' t ex l emendatum videtur 506 *'comam'* 507 'cumulus' an *'tumulus'*? 509 'manachile' o superscr. 510 *'Aethra'* 511 'ergo' per g scriptum superimposito o 513 'coniux' 514 'uuldtrudis' a superscr. 'faemina' 515 'cosmi' recentiore manu superscr. 'carnis' 517 'Gyslenum'

Praefatae mentem mulieris sat sitientem,
520 Frivola quo linquens summam conscendat ad arcem
Exuat et vitium volitans bonitatis ad ortum.
Implet praesul ovans, quae Christus erat sibi mandans,
Libat et aeternae perdulcia pocula vitae.
Claudit mens famulae, sanctus quae flavit in aure,
525 Applicat et votum iussum ad domini peragendum.
Sed quia certa sibi deerat habitudo manendi, f. 7r
Angelicis quo se titulis concederet aeque, col. 1
Res decimare studens et, quae sunt laudis, adimplens
Turbatur rebus mulier velut anxia partus,
530 Assolet invalidum sicut per fortia sexum.
Nocte intempesta somno qua digne sopita
Visio tam sanctis paruit bene congrua gestis;
Splenduit ecclesia Bussutus nomine villa;
Hic Gaugericus properans deitatis amicus
535 Caelitus astiterat calicem manibusque tenebat
Portio candiduli visa est et panis haberi,
Quae Vualdetrudis manibus cessere benignis.
Addidit effari praesul sermone salubri:
'Ergo age, nulla tuum tardet mora nobile coeptum;
540 Effectiva tuis sint cunctaque prospera votis.
Quae geris, altithroni curantur amoreque nostri.'
Istis verna satis domini recreata loquelis
Iussa dei voto cuperet cum scribere sancto,
Celsithroni facilem poscebat cum prece frontem,
545 Munere quo doni sibimet spirante superni
Ex calicis superi posset poculis satiari.

---

521 'adortum' 524 'quae' super lineam positum 526 'habitu' 'do' superscr. 530 'inualidum — sexum' sec. m. correctum in 'inualidus — sexus' 'sicut' per abbreviaturam (sic) scriptum 531 'somno — digne sopita' sec. m. mutatum in 'somnum — carnis adepta' 532 'puruit' u iam prima manu correctum videtur; idem interpolator, qui aliis locis verba poetae vitiavit, versum ita mutavit: 'Apparuit dignis bene congrua visio gestis.' 533 'aecclesia' 535 'adstiterat' 537 'uualdedrudis' 539 'caeptum' 544 'Celsathroni' a in i correctum 'praece'

Moribus his fervens Gisleni pulsat amorem;
Cognita tum pandit, de pectore visa refudit.
Haec quoque mente bibens antistes pangit eidem:
550 'In sponsaliciis agni quia lecta probaris
Sumpsistique deum pro mortali tibi sponsum,
Ad vitae thalamum concurre gradu meritorum — f. 7[1] col.
Terrea postponens et egenos munere ditans,
Ne te surripiat, qui pacis ovilia turbat,
555 Interituque tuo doleat bonitatis origo.'
Hisce super monitis ardescens sponsa tonantis
Paraclisis sanctae simul et praecincta vigore
Consilio tanti studuit parere patroni.
Obstitit at quiddam, mentem quod contudit illam:
560 Scilicet eximiis eremus deerat quia votis.
Inde pater sanctus divino flamine tactus
Castrilocum, Galli quem dicunt necne Sicambri,
Ostendit digito, novit seu pneumate sancto,
Virgultis densum nimioque labore colendum,
565 Quo sibi complaceat, Christo quoque debita solvat.

Haec dum tractantur seu mutua quaeque geruntur,
Mentio fit rerum, valeant quae condere sumptum.
At quidam pago fulsit Hildulfus in ipso,
Ad titulum pacis meriti qui splenduit armis,
570 Inclitus et castus, nulli pietate secundus,
Angelici coetus vivens quasi culmen adeptus.
Nuntia sanctorum quem poscit epistula dignum,
Deleat ut silvam, studeat quoque condere cellam.
Haec ut materies eius pervulnerat aures, — f. 7[1] col.
575 Paret ovans monitis sariens fastigia collis,
Surgat ut ingentis domus aedificata decoris.
Quam fidei donis horrens matrona pudoris

---

547 'GYSLENI' 550 'sponsalitiis' 554 'surripiat' prius r ex b correctum 559 'contudit' sec. m. 'terruit' 560 'heremus' inter vv. 565 et 566 in codice intervallum quatuor versuum, titulo, ut opinor, destinatum est. 566 'queque' 568 'At' t in rasura 571 'caetus' 572 'poscit' c ex s correctum

Ducit se nihili, quaerat si magna videri.
At deico nutu venti cogenteque pulsu
580 Ipsa domus magnam subito perpessa ruinam
Hildulfum tutudit maerore gravique traiecit.
Praesul iustitiae quem blanditur super hisce
Hanc humilem caulam dicens quaesisse, nec aulam,
Velle nec ornatum, contempsisset quia mundum.
585 His monitus dictis, meriti quoque praerogativis
Mox Vualdetrudi cellam struit ordine voti
Iuris apostolici titulo curans stabiliri
Relliquiis Petri claram, meritis quoque Pauli,
Quis ducibus zabuli temnat molimina diri
590 Adque decus vitae properet per tempora quaeque.
His ducibus regitur, Christum quicunque fatetur,
Ceu populus quondam lucis comitando columnam
Se Moysi nutum gaudet cum fratre secutum,
Terram laetitiae tandem quo possit adire.
595 His at postmissis figam vestigia coeptis.
Hinc Vualdetrudis subiens domicilia pacis
Praesule Gisleno fautuque favente superno
Agmen virgineum iunxit sibi laudis ad usum.
Hinc petit Autbertum, Cameraci pontificatum
600 Cum fidei norma rexit qui pace secunda, f. 7v col. 2
Ipsius et donis suscepit signa pudoris,
Unde deo virtus et iubilatio perpes.

Quod virgo Aldegundis gratia consolationis sororem suam Vualdetrudem adierit.

Fama volat terrae perlustrans compita quaeque,
Quod Vualdetrudis sponsalia vincula spernens

579 'At' t in rasura 581 'merore' 'gravique traiecit' interpolator mutavit in 'gravi quoque scidit' 586 'uuldedrudi' 588 'Relliquis' alterum i superscr. 589 'tempnat' 591 'quicumque' 592 'columpnam' 595 'at postmissis' recentiore manu mutatum in 'quoque posthabitis' 'caeptis' 596 'uualdedrudis' — titulus recentiore manu unius versus spatio intermisso insertus, nomen Vualdetrudis per compendium '. — ' scriptum 603 'competa' 604 'uuldedrudis'

605 Ob studium pacis signo sit amicta pudoris
Ac horrens homines maneat ceu carceris obses.
Auribus ut celebris sonuit haec fama sororis,
Virginei floris quae vernabat rudimentis, —
Aldegundis enim sumpsit baptismate nomen
610 Legerat et sedis sibimet loca Malbodiensis —
Apparat expensas et quaerit discere causas
Castriloco tandem videt et secura sororem;
Se simul exhilarat, talis quia fama volarat.
Appetit amplexum tum germanae venerandum
615 Plurima de superis vitae sensura momentis.
Hoc et concilio coepti se iunxit origo,
Nobilitatis honos, Gislenus, pacis et archos,
Qui vitae meritis candebat flos pietatis.
Hic Aldegundi germanam delenienti,
620 Quo sibi se copulet loca seu deserta relinquat
Malbodiique situm contendat visere clarum,
Omnimodis dignum, celebrem quoque divitiarum,
Obiecit parmam contra zabuli ceu linguam:
'Haec loca subscripsit famulae censura tonantis;
625 Hic sua vota deo reddet sub sole tributo
Sumet et hic tumulum carnis post funus honestum.'
Pectoris ex capsa rorans haec praesul opima
Doxae Malbodii probitatis nomen adauxit,
Dogmate quam pascens meriti conduxit ad unguem.
630 Denique nectareis digne recreata loquelis
Adgaudet votis germanae laude politis.
Hinc animos nutrit verbi pinguedo superni:
Caelo suspirant, flagris dum pectora pulsant.
Glutine sed pacis sanctae compagibus altis

---

606 'Ac' media quaedam littera erasa 615 pro 'plurima' 'multum', pro 'vitae' 'digni', pro 'momentis' 'pudoris' supra lineam scriptum exstat 616 'caepti' post i littera erasa 617 'onos' cum nota omissi h 619 'delinienti' interpolator maluit 'rite monenti' 624 'famulae' 's. suae' superscr. 628 'melbodii' 629 'passens' alterum s in c correctum 634 'conpagibus'

635 Aldegundis ovans caram repedavit ad aulam,
Quo sibi virgineam candens asciverat aulam.

Quod pontifex dei Amandus ex carnis ergastulo migraverit et idem virgo Aldegundis angelo docente per visionem viderit.

Hinc decus Helnonis fraglans aromate laudis
Virtutum et titulis complens austrumque solumque
Efflavit flatum properans ad summa polorum.
640 Adsunt et multi candentes luce frequenti,
Adgaudent sancto, reboant prosodia voto,
Tendunt ad superi pariter fastigia regis.
Flos tunc Malbodii certans sub dote pudoris
Artius excubiis corpus mactare beatis.
645 His fervens modulis intrat penetralia templi,
Cursus dum proprios expleret nox sibi latos;
Promere mellifluas digne tunc incipit odas f
Ac caeli lacrimae conscendunt ardua fusae. c
Membris sed lassis caro dulcore laboris
650 Obrepsit somnus demulcens corporis artus.
Hinc loca clara petit paranymphi dedita curis;
Conspicit atque manet; quid sit, non quaerere differt.
Causas aure bibit; praeco nam caelicus inquit:
'Lumine quae tangis, spiramine disce docentis:
655 Doctor veridicus caelo se miscet Amandus;
Cursus nam vitae supplevit iam venerandae.
Vallant hunc turbae, scelerum quas exuit umbrae
Assignans fidei dotem subscribere menti
Dogmate verborum cumulans et castra polorum.
660 Istis saeptus abit, rector quo vernat Olympi.'
Dixit et in caelum paribus se sustulit alis.

---

635 'Aldegondis' 636 'adsciuerat' — 'adegundis' — 637 'elnonis' 'armate' o superscr.; item 'thimiamate' supra lineam positum 640 'multi' superscr. 'uiri' 643 'centans' prius n in r emendatum 644 'conpus' n in r correctum 'mactare' 'bat' superscr. 649 'Menbris' 650 'Obressit' prius s in p correctum 651 'paranimphi' 652 'querere' 657 'ībrae' 660 'septus' 'olimphi' 661 'substulit' b erasum

Lampada Malbodii curis hinc laxa soporis
Pectore mira tenet, stringunt sed nubila fauces.
Iamque rubescebat stellis Aurora fugatis,
665 Calli cum missus miscet vestigia fidus.
Hinc torrente die tangit confinia Cellae;
Praesulis ora petit, sibimet commissa rependit,
Visere quo florem properet iamiam meritalem.
Supplet vota pater, capiunt dum tegmina calces.
670 Dirigit ergo gradum, domini quo degere templum;
Se comitem Vualdtrudis huic consciscit eunti.
His iter claudit ovans Merivus rebus abundans;
Illic nam sanctis occurrit virgo probatis.
Hic debriant animos caelesti rore pudicos;
675 Hinc Aldegundis zona praecincta pudoris
Omnia pontifici cordis mysteria promit,
Visio quae fuerit necnon ex ordine pandit.
Haec sacer aure trahens saepto de pectoris idem:
'Munere celsithroni visu quia mira tulisti
680 Gaudia necne patris valuisti cernere tanti,
Moribus egregiis supple nunc atria mentis
Laude pudicitiae completo et climata terrae, —
Inclita laus properat finalis et exitus instat —
Perpetis ut vitae contingas commoda quaeque
685 Ac innixa deo plaudas diademate sumpto.'
Hinc precibus fixam bonitatis et arce locatam
. . . .

664 'stellis' supra lineam positum 667 'Presulis' 'peti' alterum t superscr. 670 'quo' omissum et postea insertum 'degere' superscr. 'bat' 672 'His' in rasura 'menis' in 'merus' mutatum, tum totum vocabulum exstinctum et 'meriuus' superscriptum 'abundans' cum nota omissi h 674 'debriant' exstinctum et 'mulcent' superscr. 676 'misteria' 677 'que' 678 'septo' 'de pectoris' superscr. 's. dixit' v. 683 varietatis causa intra lineas positus paene totus evanuit; versus primo scripti haec verba leguntur: Exit(us i)am carnis tibimet se(. . . . . ne)ctit' 684 'queque' 685 'plaudis' i in a correctum 686 'praecibus' lacuna inter hunc et sequentem v. esse videtur; an sufficit mutatio verborum 'fixam — locatam' in '*fixae — locatae*'?

Inserit en mammae cancri se morbus honestae,
Vexans qui carnem tergebat crimine mentem.
Clade sed amissa nabli sub luce triumphat;
90 Nam geminans grates deicas prece verberat aures
Omnibus indulgens probitatis sic apodixen.

Quod quaedam sui iuris donaria praecelso sacerdoti Gisleno Vualdetrudis largita sit, et quod idem pater a terrenis semotus caelorum tractus petierit.

In terra votis perfectis lampade verbi
Frontem dilectae Gislenus destinat aulae.
Tunc quoque se comitem Vualdtrudis reddit eidem:
95 Calles exsulcant mentes ac dogmate firmant;
Frivola contemnunt, voto mansura capessunt.
Sic via dum teritur, villae mox saepta tenentur,
Framereias verbi quam comprobat ordo fluentis; f. 8v
Hic lassi resident celebrant probitatis et omen. col. 2
00 Tum domini nuto Vualdtrudis tacta benigno
Partem mox fundi Gisleni dat dicioni.
Inde petit claustri confinia praesul amici
Atque loco castri se praestat mater honoris;
Quosque fovent verbi subiectos lacte sacrati
05 Assignantque polo, veri quos diligit ardor.
Plurima sed gressus prohibet dum ferre senectus,
Suscipit ecclesiam Quaternio villa venustam,
Condit quam studium Vualtrudis rite canendum
Destinat et claris Petri Paulique triumphis,
10 Dumque capit culmen, Quintini transit in omen.

687 'mamme' 688 'Vexa' ns superscr. 689 'amisa' alterum s superscr. 690 'praece' 'aures' bis positum et in linea et supra lineam 691 'indulgens' superscr. 'i. dans' — 'bealdetrudis' superscr. 'beata vv' 692 'perfectis' litterae t superimpositum q 693 'GYSLENUS' 694 nomen 'Vualdetrudis' per compendium ·W· scriptum 695 'exulcant' 696 'contempnunt' 'capescunt' 697 'septa' 698 'Framereias' an 'Framereras' scriptum sit, incertum est 701 'GYSLENI' 'ditioni' 706 'proibet' 'semectus' extrema lineola litterae m erasa 707 'aecclesiam'

Hic massam fidei cumulabant pondere verbi
Gloria Castriloci Cellensis necne locelli;
Vocibus alternis reserant mysteria cordis;
Terrea postducunt, votis caelestia scandunt.
715 Moenibus hinc claustri reddunt dum semet honesti,
Complures factis confirmant, aeque loquelis
Lucifluisque tuis condunt, paradise, sub alis.
Denique virtutum praefulgens dote bonarum
Gemma sacerdotii, Gislenus, flosque pudoris,
720 Adfore iam carnis metam sibi signat alumnis.
Attollunt voces complent et claustra fragores,
Luctus congeminant suspiria necne frequentant.
Tum pater eloquiis tandem prorupit amicis:
'Rex, deus, aeterno flectis qui saecula voto,
725 Quique solum Phoebi perlustras foedere clari,
Adnue digna gregi mundi vergente synaxi;
Munia fer pacis, surgat quo pignus amoris.'
Hic erat ordo precis, claudit cum famina febris;
Vitae finis adest, corpus candore renidet.
730 Ascitus sanctis conventibus additur altis
Caelo necne datus Martino fit sociatus.
Tunc sancti fantur prosodia vel modulantur
Discessu tanti laetantes rite patroni.
Tum Michael curiae caeli designat amicae
735 Et comitem vitae speciali oblectat amore.
Obtentu cuius nos firmet virginis agnus;
Omnibus hic prosit, mundator criminis adsit.

EPILOGUS.

Longius hinc irem coeptique via properarem,
Humidus Aegoceros Phoebi sed comprimit ortus

713 'misteria' 715 'Maenibus' 716 'eque' 717 'paradise' superscr. 'metafora' 720 'maetam' 'alumpnis' 725 'phebi' 'faedere' 726 'Annue' 'sinaxi' 728 'praecis' 730 'Adscitus' 733 'Dicessu' an *Decessu*? 736 'Optentu' 738 'ceptique' 739 'Umidus' 'egoceros' 'phaebi'

740 Umbraque iam maior nostrum concrescit ad Arcton. f. 9[r]
Quo, calamum longe quia nunc non suppetit ire, col. 2
Haereat hic. Chelas cum Scorpius exserit uncas,
Tum prece Gisleni cursu tendam leviori,
Fervidus extremum subeat dum Cancer in axem.

---

745 Hactenus emenso metri libramine campo, f. 4 a[r]
Splendida Gisleni nobis quem vita beati
Extulit in medium meritorum flore coruscum,
Stat roseus saltus lilio vernante refertus
Aspirans placidas virtutum leniter auras,
750 Quis obitus tanti redolet per saecla patroni.
Hunc rapit olfactus, hunc sentit pectoris actus,
Cui iuvat aptari quam dulciter inque morari,
Pectine quo metri motus calamoque sonanti
Nectaris immensi dulcedine profluat orbi.
755 Hic meriti titulo postquam se nectit Olympo
Omnibus apparens caelestis lampada splendens,
Iungitur unigenae credens mortalia terrae.
Astrorum cives promunt hinc carmen ovantes;
Instant angelicae meli concentibus alae.
760 Flamen sic superis consertum coetibus almis,
Corpus mausoleum claudit clamoribus actum.
Nobilitat templum Petri, quod laudibus aptum,
Successus multos captans hic temporis heros:
Accelerat nullus meritorum noscere cultus,
765 Quemque tegat bustum funali sorte locatum.
Nutum sed domini librans certamina servi
Censuit indignum demptum probitatis amicum

---

741 'kalamum' 742 'Hereat' 'exerit' 743 'GYSLENI' — Inter folium quartum et quintum plagula octonaria inserta est, qua carminis in S. Gislenum continuati reliquiae continentur. — 745 'emaetri' e exstinctum 746 'Gysleni' 747 'coruscum' cum nota omissi h 753 'maetri' 'kalamoque' 754 'inmensi' 755 'se' supra lineam collocatum 'olimpho' 760 'caetibus' 761 'cladit' u superscr. 762 'aptum' superscr. 's. est'

Nec retinere, viro maneant quae gaudia iusto,
Gloria quem cingit perpesque corona capessit.

Quod quidam caecus lumen oculorum adeptus, circumquaque hominis dei claruerit probitatis virtus.

770 Summa dei virtus, clarescunt numina cuius.
Militis ut meritum late crebresceret almum
Notitiae plebis clausum sub solibus ipsis:
Tempore Francigenas quo rex Henricus alebat
Saxoniaeque modum spirabat robore legum
775 Germaniae necnon gestabat praeclue sceptrum,
Bracbantus propriis hominem servabat in alis
Luminis expertem, mortis quoque schema gerentem,
Signat Berherum lector quem nomine dictum.
Hunc dulcor somni solito dum pasceret alti,
780 E caelis vocem captat praecepta tonantem:
'Cellae flecte viam Gisleni visere tumbam.
Visu dum frueris, merito conscribe iacentis.'
Sic monitus; clausis aufugit somnus ocellis.
Linquit saepta tori; volitant praecordia mentis.
785 Coniugis obsequio callis tum creditur ordo.
Hinc sulcans colles festinat cudere valles
Transmeat et silvas florum pro faenore claras.
Sic properans aedes Baldurni pulsat ut hospes;
Nox equidem validis terras obtexerat umbris

. . . .

768 'uiro' superscr. 's. alicui' 'maneat' n insertum 769 'capescit' — 'cecus' — 775 'preclue' 776 'Bbracbantus' alterum b exstinctum 777 'scema' 779 'praecepta tonantem' librarius per imprudentiam scripsit, postea delevit et in superiore margine addidit 's. dum pasceret alti' 781 'Celle' 784 'septa' 'tori' nota omissi h superimposita 787 'fenore' 789 quinque vel septem versuum spatium in inferiore parte paginae vacat.

I.

INDEX SCRIPTORUM LAUDATORUM.

II.

INDEX NOMINUM.

III.

INDEX VERBORUM GRAECORUM.

IV.

INDEX VERBORUM RARIORUM.[1])

1) Asterisci (*) nota verbum a poeta fictum esse significat.

V.

INDEX GRAMMATICUS.

B. G. Teubners

Schulausgaben griechischer und lateinischer Schriftsteller mit deutschen Anmerkungen.

	M. Pf.
Aeschylos' Agamem. v. *Enger*. 2. Aufl.	2.25
—— **Perser** von *Teuffel*. 3. Aufl.	1.20
—— **Prometheus** v. *Wecklein*. 2. Aufl.	1.80
—— do. —— v. *Schmidt*	1.20
Aristophanes, die Wolken v. *Teuffel*	1.50
Arrian's Anabasis v. *Abicht*. I. Heft	1.80
—— —— II. Heft	2.25
Buchholz, Anthologie. I. 4. Aufl.	1.80
—— do. —— II. 3. Aufl.	1.80
Caesar de bello Gallico von *Doberenz*. 8. Aufl.	2.25
—— **de bello civili** von *Doberenz*. 5. Aufl.	2.40
Chrestomath. Ciceron. von *Lüders*. 2. Aufl.	2.70
Cicero de oratore v. *Piderit*. Cpl. 5. Aufl.	4.50
Einzeln: Buch I à 1.80. Buch II u. III à	1.50
—— **partitiones orator.** v. *Piderit*	1.—
—— **Brutus** von *Piderit*. 2. Aufl.	2.25
—— **Orator** von *Piderit*. 2. Aufl.	2.—
—— **Reden:**	
—— **für Plancius** v. *Köpke*. 2. Aufl.	1.20
—— **für Sestius** von *Koch*. 2. Aufl.	1.—
—— **für Roscius** v. *Richter*. 2. Aufl. v. *Fleckeisen*	—.90
—— **für Milo** v. *Richter*. 3. Aufl. v. *Eberhard*	—.90
—— **für Murena** von *Koch*. 2. Aufl. von *Landgraf*	—.90
—— **für Sulla** von *Richter*. 2. Aufl. von *Landgraf*	—.75
—— **gegen Verres. IV. Buch** von *Richter*. 3. Aufl. v. *Eberhard*	1.50
—— do. —— V. Buch. von *Richter*. 2. Aufl. von *Eberhard*	1.20
—— **Catilinar. Reden** von *Richter*. 4. Aufl. v. *Eberhard*	1.—
—— **für Marcellus etc.**, v. *Richter*. 3. Aufl. von *Eberhard*	—.90
—— **divinatio in Caecil.** v. *Richter* 2. Aufl. v. *Eberhard*	—.45
—— **I. u. II. Philippische Rede** v. *Koch*. 2. Aufl. v. *Eberhard*	—.90
—— **für Archias** v. *Richter*. 3. Aufl. v. *Eberhard*	—.45
—— **üb. d. Imperium d. Pompeius** v. *Richter*. 3. Aufl. v. *Eberhard*	—.60
—— **Briefe** von *Frey*. 3. Aufl.	2.25
—— **Tusculanen** v. *Heine*. 3. Aufl.	
I. Heft. lib. I. II.	1.20
II. Heft. lib. III—V	1.50
—— **de officiis** von *v. Müller*	2.25
—— **de natura deorum** v. *Goethe*	2.40

	M. Pf.
Cicero Cato maior v. *Meifsner*. 2. Afl.	—.60
—— **de finibus bonorum** v. *Holstein*	2.70
—— **Somnium Scipionis** v. *Meifsner*. 3. Aufl.	—.45
—— **Laelius** v. *Lahmeyer*. 4. Aufl.	—.60
—— **de legibus** von *Du Mesnil*	3.90
Cornelius Nepos v. *Siebelis*. 11. Aufl. von *Jancovius*	1.20
Curtius Rufus v. *Vogel*. I. Bd. 3. Aufl.	2.10
—— do. —— II. Band. 2. Aufl.	2.25
Demosthenes v. *Rehdantz*. I. Heft. 7. Aufl. v. *Blafs*	1.20
——do.——II. Heft. I. Abth. 5. Aufl.	1.50
——do.——II. Heft. II. Abth. 4. Aufl.	1.80
Euripides v. *Kinkel*. I. Phoenissae	—.75
—— von *Wecklein*. I. Medea. 2. Aufl.	1.80
—— —— II. Iphigenia in Tauris	1.50
—— —— III. Bacchen	1.50
—— —— IV. Hippolytus	1.50
Herodot v. *Abicht*. I. Band. I. Heft. Buch I. 4. Aufl.	1.80
—— do. —— I. Band. II. Heft. Buch II. 3. Aufl.	1.50
—— do. —— II. Band. I. Heft. Buch III. 3. Aufl.	1.50
—— do. —— II. Band. II. Heft. Buch IV. 3. Aufl.	1.50
—— do. —— III. Band. Buch V und VI. 3. Aufl.	1.80
——do.——IV. Bd. Bch. VII. 3. Aufl.	1.80
——do.——V. Bd. Bch. VIII u. IX. 3. Aufl.	1.80
Homer's Odyssee von *Ameis* u. *Hentze*.	
I. 1. (Ges. I—VI.) 8. Aufl.	1.35
——do.——I. 2. (VII—XII.) 7. Aufl.	1.35
——do.——II. 1. (XIII—XVIII.) 7. Afl.	1.35
——do.——II. 2. (XIX—XXIV.) 6. Afl.	1.35
——do.—— Anhang. 1. Heft. 3. Afl.	1.50
——do.—— do. 2. Heft. 2. Afl.	1.20
——do.—— do. 3. „ 2. Afl.	1.20
——do.—— do. 4. „ 2. Afl.	1.20
——**Ilias** v. *Ameis* u. *Hentze*. I. 1. 4. Afl.	—.90
—— do. —— I. 2. 3. Aufl.	—.90
—— do. —— I. 3. 3. Aufl.	1.20
—— do. —— I. 4. 2. Aufl.	1.20
—— do. —— II. 1. 2. Aufl.	1.20
—— do. —— II. 2. 2. Aufl.	1.20
—— do. —— II. 3.	1.20
—— do. —— II. 4.	1.50
(Jedes Heft à 3 Gesänge.)	
——do.——Anhang. 1. Heft 2. Aufl.	1.50
——do.——Anhang. 2. Heft. 2. Aufl.	1.50
——do.——Anhang. 3. Heft	
——do.——Anhang. 4. Heft	

	M. *S.*
Homer's Ilias von *Ameis* u. *Hentze*. Anhang. 5. Heft.	1.20
—— do. —— Anhang. 6. Heft.	1.50
—— do. —— Anhang. 7. Heft.	1.50
—— do. —— Anhang. 8. Heft.	1.80
—— Ilias v. *La Roche*. 2. u. 3. Aufl. 6 Teile, jeder [4 Gesänge] . à	1.50
Horaz Oden von *Nauck*. 12. Aufl.	2.25
—— Satir. u. Epist. v. *Krüger*. 11. Afl.	2.70
—— Sermonen von *Fritzsche*. I.	2.40
—— —— II.	2.—
Jacoby, Anthologie I. II. . . . à	1.50
Isokrates v. *Schneider*. I. Bd. 2. Aufl.	1.20
—— do. —— II. Bändchen. 3. Aufl.	1.80
Livius, Buch I. Von *M. Müller*	1.50
—— Buch II. Von *M. Müller*	1.50
—— Buch III. Von *Luterbacher*	1.20
—— Buch IV von *Luterbacher*	1.20
—— Buch XXI v. *Wölfflin*. 3. Aufl.	1.20
—— Buch XXII v. *Wölfflin*. 2. Aufl.	1.20
—— Buch XXIII von *Wölfflin* u. *Luterbacher*	1.20
—— Buch XXIV von *H. J. Müller*	1.—
—— Buch XXV von *H. J. Müller*	1.20
—— Buch XXVI von *Friedersdorff*	1.20
—— Buch XXVII von *Friedersdorff*	1.20
—— Buch XXVIII v. *Friedersdorff*	1.20
Lucian v. *Jacobitz*. I. Bändchen. 2. Aufl.	1.20
—— do. —— II. Bändch. 2. Aufl.	1.20
—— do. —— III. Bändchen	1.20
Lykurg's Rede g. Leokrat. v. *Rehdantz*	2.25
Lysias' Reden v. *Frohberger*. I. Bd. 2. Auflage v. *Gebauer*	4.50
—— do. —— II. u. III. Band . à	1.50
—— do. —— kleinere Ausgabe	3.—
Auch in 2 Heften . . . . . à	1.50
Ovid's Metamorphosen v. *Siebelis* u. *Polle*. I. Heft. 13. Aufl.	1.50
—— —— II. Heft. 11. Aufl.	1.50
—— Fasten von *Peter*. I. 2. Aufl.	2.70
—— do. —— II. 2. Aufl.	—.90
Phaedrus v. *Siebelis*. 5. Aufl. v. *Eckstein*	—.75
Platon's Schriften. I. Bdchn.: Die Vertheidigungsrede d. Sokrates u. Kriton von *Cron*. 8. Aufl.	1.—
—— do. —— II. Bdchn.: Gorgias von *J. Deuschle*. 4. Aufl.	2.10
—— do. —— Anhang v. *Deuschle*	—.90
—— do. —— III. Bdchn.: Laches von *Cron*. 4. Aufl.	—.75
—— do. —— III. 2: Euthyphron von *M. Wohlrab*. 2. Aufl.	—.45
—— do. —— IV. Bdchn.: Protagoras von *J. Deuschle*. 4. Aufl.	1.50
—— do. —— V. Bdchn.: Symposion von *Hug*. 2. Aufl.	3.—
—— do. —— VI. Bdchn.: Phaedon von *Wohlrab*. 2. Aufl.	1.50
Plauti Trinum. v. *E. J. Brix*. 3. Aufl.	1.20
—— Captivi v. *E. J. Brix*. 4. Aufl.	1.—

	M.
Plauti Menaechmi v. *E. J. Brix*. 3. Afl.	1.-
—— Miles gloriosus v. *Brix*. 2. Afl.	1.5
Plutarch's Biographien. I. Philopoemen u. Flamininus v. *Siefert*. 2. Aufl. von *Blaſs*	—.9
—— do. —— II. Timoleon u. Pyrrhos v. *Siefert*. 2. Aufl. von *Blaſs*	1.5
—— do. —— III. Themistokles und Perikles von *Blaſs*. 2. Aufl.	1.5
—— do. —— IV. Aristides u. Cato von *Blaſs*	—.9
—— do. —— V. Agis und Kleomenes von *Blaſs*	—.8
—— do. —— VI. Tib. et G. Gracchus von *Blaſs*	—.9
Quintilian. X. Buch. Von *G. T. A. Krüger*. 2. Aufl	—.7
Sophokles v. *Wolff* u. *Bellermann*. I. Ajax. 4. Aufl.	1.5
—— do. —— II. Electra. 3. Aufl.	1.2
—— do. —— III. Antigone. 4. Aufl.	1.2
—— do. —— IV. König Oedipus. 3. Aufl.	1.2
—— do. —— V. Oidipus auf Kolonos	1.5
Supplement. lect. graec. v. *Hoffmann*	1.5
Tacitus Histor. von *Heraeus*. I. 4. Aufl.	1.8
—— do. —— II. 3. Aufl.	1.8
—— Annalen v. *Draeger*. I. 4. Aufl.	2.4
—— —— II. 3. Aufl.	2.2
—— Agricola von *Draeger*. 4. Aufl.	—.6
—— dialogus von *Andresen*. 2. Aufl.	—.9
Terentius Hauton Timorumenos von *Wagner*. [Vergriffen.]	1.2
—— Phormio von *Dziatzko*. 2. Aufl.	1.5
—— Adelphoe von *Dziatzko*	1.5
Theokrit v. *Fritzsche*. 3. Aufl. v. *Hiller*	2.7
Thukydides von *Böhme*. I. Band. 1. Heft. 5. Aufl. v. *Widmann*.	1.5
—— do. —— I. Bd. 2. Hft. 4. Aufl.	1.5
—— do. —— II. „ 1. „ 4. Aufl. von *Widmann*	1.1
—— do. —— II. Bd. 2. Hft. 3. Aufl.	1.1
Vergils Aeneis von *Kappes*. I. Heft. 4. Aufl.	1.2
—— do. —— II. 3. Aufl.	1.2
—— do. —— III. 2. Aufl.	1.2
—— do. —— IV. 2. Aufl.	1.2
—— Bucolica u. Georgica v. *Kappes*	1.1
Xenophons Anabasis v. *Vollbrecht*. 2 Bdchn. 8. u. 6. Aufl. . . à	1.:
—— Memorabilien von *R. Kühner*. 4. Aufl.	1.1
—— Cyropädie von *Breitenbach*. 1. Heft. 3. Aufl.	1.:
—— do. —— 2. Heft. 3. Auflage	1.
—— Griechische Geschichte von *Büchsenschütz*. I. Bdchn. 5. Aufl.	1.
—— do. —— II. Bdchn. 4. Aufl.	1.